
BIBLIOTECA NAZ
L
H
6
NAPOLI

MENOLOGII GRÆCORUM

PARS TERTIA

A MENSE MARTIO AD AUGUSTUM.

MENOLOGIUM
GRÆCORUM
JUSSU BASILII IMPERATORIS

Græce olim editum,

MUNIFICENTIA ET LIBERALITATE

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI XIII.

In tres Partes divisum

NUNC PRIMUM GRÆCE, ET LATINE PRODIT,

STUDIO ET OPERA

ANNIBALIS TIT. S. CLEMENTIS
PRESBYTERI CARD. ALBANI

S. R. E. Camerarii, & Basilicæ Vaticanæ Archipresbyteri.

PARS TERTIA



Sex Menses complectens


A MARTIO AD AUGUSTUM.



URBINI MDCCXXVII.

Ex TYPOGRAPHIA Venerabilis Cappellæ SS.mi SACRAMENTI
Apud Antonium Fantauzzi Typographum, & Characterum Fusorem.

PRÆSIDUM PERMISSU.



INDEX SANCTORUM,

QUI IN HAC TERTIA MENOLOGII PARTE CONTINENTUR,

ORDINE MENSIUM DISPOSITUS.

MARTIUS

30 Mar-

APRILIS

MAJUS

29 Pa-


JUNIUS

JULIUS

AUGUSTUS

Cæ-

M E-



MENOLOGII GRÆCORUM

PARS TERTIA

A Menſe Martio ad Auguſtum.

ΜΗΝΙ' ΜΑΡΤΙ'Ω

Ε'ν Τῇ Πρώτῃ.

Α'θλησις τῆς Ο'σιομάρτυρος Εὐδοκίας τῆς ἀπὸ Σαμαρειτῶν.



Ο'σιομάρτυς τοῦ Χριςοῦ Εὐδοκία ὑπῆρχε μὲν ἀπὸ Σαμαρείας τῆς πόλεως, ἦν δὲ ἐπὶ τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ, ἐν ἀκολασίᾳ τὸ πρῶτον βιοῦσα, καὶ πολλοὺς ἐραςὰς τῇ εὐμορφίᾳ τοῦ προσώπου ἔχουσα, ἐξ ὧν καὶ πλοῦτον συνήθροισεν ἄπειρον. Α'λλ' ὕςερον ὑπὸ Γερμανοῦ τινὸς μοναχοῦ τὸν περὶ μετανοίας λόγον διδαχθεῖσα, κατενύγη. Εἶτα καὶ ὀπτασίαν ἰδοῦσα, προσῆλθε Θεοδότῳ τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ ἐβαπτίσθη. Η' δὲ ὀπτασία ἦν τοιαύτη. Ε'θεώρει Α'γγελον Θεοῦ χειραγωγοῦντα αὐτὴν πρὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἑτέρους Α'γγέλους συγχαίροντας· μέλανα δέ τινα βρύχοντα καὶ λέγοντα, ἀδικεῖσθαι μέ-

MENSE MARTIO

Die Prima. I.

Certamen Sanctæ Martyris Eudociæ Samaritanæ.



Ancta Chriſti martyr Eudocia ex civitate Samaria oriunda, imperante Trajano, primò quidem luxurioſam vitam traduxit, ac propter eximiam formæ venuſtatem multos habuit amatores, à quibus immenſas opes collegit. At poſtea cùm monachi cujuſdam nomine Germani de pœnitentia ſermonem audiſſet, corde compuncta eſt: deinde per viſionem etiam impulſa, ad Theodotum epiſcopum acceſſit, & ab eo baptizata fuit. Erat autem viſio ejuſmodi. Videbat Angelum Dei, qui eam manu ad cœlum ducebat, alioſque Angelos gratulantes: ſimul verò nigrum quemdam fremetem, dicentemque, ſibi magnam illatam fuiſſe injuriam, eo quod Eudocia Chriſtiana evaſiſſet. Quapro-

S. Eudocia Samaritana Martyr.

 pter

pter illa divitias suas pauperibus distribuit, ac monasticam vitam amplexa est. Verùm ab ipsis suis amatoribus delata, stetit coram Aureliano Imperatore, ac cruciatibus subjecta fuit. Sed cùm ejus filium defunctum oratione ad Deum fusa ad vitam revocasset, illum induxit, ut in Christum crederet. Ac tunc quidem absoluta fuit; postea verò à regionis Præside comprehensa, capite plexa est.

μεγάλα, ὅτι γέγονεν ἡ Εὐδοκία Χριστιανή. Διὰ τοῦτο διένειμεν τὸν πλοῦτον αὐτῆς τοῖς πτωχοῖς, καὶ ἐγένετο μοναχή. Καὶ διαβληθεῖσα παρὰ τῶν αὐτῆς ἐραστῶν, παρέστη Αὐρηλιανῷ τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐτιμωρήθη. Ἀλλὰ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τεθνηκότα διὰ προσευχῆς ἀναστήσασα, ἔπεισεν αὐτὸν πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ. Καὶ τότε μὲν ἀπελύθη· Ὕστερον δὲ κρατηθεῖσα παρὰ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντος, ἀπεκεφαλίσθη.

Et certamen Sanctorum Martyrum Nestoris, & Tribimæi.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Νέστορος καὶ Τριβιμαίου.

SS. Nestor, & Tribimæus Martyres. IMperante impio Decio, sancti Martyres Nestor, & Tribimæus ex urbe Perge regionis Cibœrræotarum, eo quod Christiani essent, & Christum liberè audacterque prædicarent, apud Præsidem regionis delati fuerunt. Hic verò confestim missa militum multitudine, vinctos eos adduci jussit, & coram tribunali suo sisti, omniaque tormentorum instrumenta in eorum conspectu exhiberi. Sed cùm illos conspiceret & suas minas contemnere, & Christum magna voce confiteri, præcepit eos denudari, exsiccatis boum nervis crudeliter cædi, ac deinde suspensos lacerari, quousque eorum viscera apparerent. Cæterùm videns illos suum erga Dominum nostrum Jesum Christum animum habere immutabilem, è ligno depositos lictoribus tradidit, à quibus veneranda illorum capita gladiis abscissa fuerunt: atque ita martyrio cum gratiarum actione consumptos Dominus suscepit.

ΕΠῚ τῆς βασιλείας Δεκίου τοῦ δυσσεβοῦς ὑπῆρχον οὗτοι οἱ ἅγιοι μάρτυρες Νέστωρ καὶ Τριβίμαιος ἐκ τῆς πόλεως Πέργης, χώρας τῶν Κιβοιῤῥαιωτῶν. ἐπεὶ δὲ χριστιανοὶ ὄντες τὸν Χριστὸν ἀκώλυτον παῤῥησίᾳ, κατεμηνύθησαν τῷ τῆς χώρας ἄρχοντι. ὁ δὲ εὐθὺς ἀποστείλας πλῆθος στρατιωτῶν, ἤγαγεν αὐτοὺς δεδεμένους, καὶ παρέστησε τῷ κριτηρίῳ ἑαυτοῦ, προθεὶς ἐνώπιον αὐτῶν πάντα τὰ τῶν βασανιστηρίων ὄργανα. Ἀλλὰ θεωρῶν καταφρονοῦντας μὲν τῶν ἀπειλῶν, ὁμολογοῦντας δὲ μεγάλῃ φωνῇ τὸν Χριστὸν, γυμνώσας ἔτυψεν ἀφειδῶς βουνεύροις ξηροῖς. Εἶτα κρεμάσας ἔξεεν, ἕως ἐφάνησαν τὰ ἔντερα αὐτῶν. Ἰδὼν δὲ αὐτοὺς τὴν γνώμην ἀμετάθετον ἔχοντας εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καταβιβάσας ἀπὸ τῶν ξύλων, προσέταξε τοῖς δημίοις, μαχαίραις τὰς τιμίας αὐτῶν κεφαλὰς ἀποτεμεῖν. καὶ οὕτως εὐχαρίστως τελειωθέντας προσελάβετο ὁ Κύριος.

EODEM MENSE

ΜΗΝῚ Τῼ̃ ΑΥ̓Τῼ̃.

2. Die Secunda.

Β'.

Certamen Sanctæ Antoninæ Martyris.

Ἄθλησις τῆς Ὁσίας Μάρτυρος Ἀντωνίνης.

S. Antonina M. ANtonina Christi Martyr fuit ex civitate Nicæa sub imperio Maximiani. Cùm autem Christiana esset, talem se manifestavit eidem Maximiano, cùm is Nicæam venisset: ad ejus siquidem conspectum adducta, liberè confessa est Christum. Quare tormentis excruciata fuit, ut ita cogeretur Christum abnegare, ac idolis sacrificare. Cùm autem nullatenus ad id induci potuisset, in carcerem conjecta fuit. Deinde è carcere educta, Christumque abnegare iterùm compulsa, cùm neutiquam assensisset, ex alto suspendi jussa est, ac in lateribus dilaniari. Verùm cùm Maximianus videret eam errori quidem irriden-

ἈΝτωνίνα ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ἦν ἐκ τῆς πόλεως Νικαίας, ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ· Χριστιανὴ δὲ ὑπάρχουσα, φανερὰ ἐγένετο τῷ Μαξιμιανῷ ἀπελθόντι εἰς Νίκαιαν. καὶ παραστᾶσα αὐτῷ, ὡμολόγησε παῤῥησίᾳ τὸν Χριστόν. Διὰ τοῦτο ἐβασανίσθη, καὶ κατηναγκάσθη ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις. ὡς δὲ οὐκ ἐπείσθη, τῇ φυλακῇ παρεπέμφθη. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθεῖσα, καὶ καταναγκασθεῖσα τὸν Χριστὸν ἀρνήσασθαι, καὶ μὴ καταδεξαμένη, ἐκρεμάσθη, καὶ ἐξέσθη τὰς πλευράς. Ὁρῶν δὲ αὐτὴν ὁ Μαξιμιανὸς στηλιτεύουσαν μὲν

μὲν τὴν πλάνην, κηρύξασαν δὲ τὴν ἀλήθειαν, προσέταξε τοῖς δημίοις, ἐκδῦσαι αὐτὴν, καὶ τύψαι γυμνήν. Μελλόντων δὲ τῶν δημίων ἅπτεσθαι αὐτῆς, ἦλθον Ἄγγελοι φυλάττοντες μὲν αὐτὴν, κολάζοντες δὲ ἐκείνους. Εἶτα ἐτέθη ἐπὶ ἐσχάρας πυρακτωθείσης, διέμεινεν ἀβλαβής. Εἶτα ἐμβληθεῖσα εἰς σάκκον, ἐῤῥίφη ἐν τῇ λίμνῃ τῆς Νικαίας· καὶ οὕτως ἐτελειώθη.

Τῌ ΑΥΤῌ ἩΜΕΡᾼ

Ἡ Κοίμησις Παρμενᾶ τοῦ Ἀποστόλου.

Οὗτος ὁ ἅγιος Ἀπόστολος Παρμενᾶς, μαθητὴς ὢν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, τοῖς ἑβδομήκοντα συνηρίθμητο. Ἐξελέγη δὲ σὺν τοῖς ἄλλοις ἓξ Διακόνοις, καὶ προεχειρίσθη εἰς τὸ διακονεῖν ταῖς τραπέζαις τῶν προσερχομένων τῷ Χριστῷ, καὶ βαπτιζομένων, καθὼς ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ὁ ἅγιος γράφει Λουκᾶς, λέγων· Καὶ ἐξελέξαντο (δῆλον ὅτι οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι) Στέφανον ἄνδρα πλήρη πίστεως καὶ πνεύματος ἁγίου, καὶ Φίλιππον, καὶ Πρόχορον, καὶ Νικάνορα, καὶ Τίμωνα, καὶ Νικόλαον προσήλυτον, καὶ Παρμενᾶν. Διακονῶν οὖν οὕτως ὁ Παρμενᾶς, καὶ ταῖς χρείαις καθυπηρετούμενος τῶν ἁγίων πιστῶς τε καὶ θεοφιλῶς, καὶ ἀρέσκων καὶ τῷ Θεῷ καὶ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ Ἀποστόλοις· εἶτα νοσήσας ἐπ᾽ ὄψεσι τῶν Ἀποστόλων τελευτήσας, πρὸς Χριστὸν, ὃν ἐπόθησεν, ἐξεδήμησεν, ἀπολαβὼν στέφανον ἄφθαρτον, καὶ βασιλείαν ἀθάνατον.

Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου Κοΐντου τοῦ Θαυματουργοῦ. Καὶ ἡ κοίμησις τῶν ἁγίων Ἀνδρονίκου, καὶ Ἀθανασίας. Καὶ μνήμη τοῦ ἁγίου Τρωαδίου. Καὶ τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Πορφυρίου Γάζης. Καὶ Θεοδωρήτου πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας. Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Θεοδότου Ἐπισκόπου Κυρινίας.

dentem, veritati autem præconium perhibentem, præcepit lictoribus, ut illam vestibus spoliarent, & nudam cæderent. Sed cùm in ipsam lictores manus injicere vellent, advenerunt Angeli, eam quidem custodientes, illos verò castigantes. Deinde ignitæ craticulæ imposita, incolumis evasit. Postremò sacco inclusa, in Nicææ paludem projecta fuit, atque ita martyrium consummavit.

EODEM DIE

Dormitio Parmenæ Apostoli.

Sanctus hic Apostolus Parmenas cùm Sanctorum Apostolorum discipulus esset, inter Septuagiota annumeratus est, atque unà cum aliis sex Diaconis electus ac designatus ad ministrandum mensis eorum, qui ad Christum accedebant & baptizabantur, quemadmodum in Actis Apostolorum scribit Sanctus Lucas, dicens: *Et elegerunt* (videlicet Sancti Apostoli) *Stephanum virum plenum fide & Spiritu Sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Nicolaum advenam Antiochenum, & PARMENAM*. Sic igitur ministrans Parmenas, & operam suam Sanctorum indigentiis fideliter religiosèque navans, ac Deo ejusque Discipulis & Apostolis placens, morbo correptus, & sub oculis Apostolorum vita functus, ad Christum, quem concupiverat, migravit, coronam immarcescibilem, ac regnum immortale consecutus. S. Parmenas Apostolus.

Et certamen Sancti Quinti Thaumaturgi: ac dormitio Sanctorum Andronici, & Athanasiæ: necnon memoria Sancti Troadii, & Sancti sacro-Martyris Porphyrii Gazæ, & Theodoreti Presbyteri Antiocheni: ac demum certamen Sancti sacro-Martyris Theodoti Cyriniæ Episcopi. SS. Quintus, Andronicus, & Athanasia, Troadius, Porphyrius Gazæ, Theodoretus Presb. & Theodotus Epis.

EODEM MENSE

Die Tertia.

3. *Certamen Sanctorum Martyrum Eutropii, Cleonici, & Basilisci.*

SS. Eutropius, Cleonicus, & Basiliscus MM.

ERant hi temporibus Maximiani, commilitones & cognati Sancti Theodori. Adducti autem ad Præsidem tamquam Christiani, diris verberibus excepti fuerunt adeo, ut tortores ipsi ob tormentorum vehementiam lassi deficerent. Martyres verò, cùm Dominus unà cum sancto magno martyre Theodoro illis apparuisset, incolumes effecti sunt. Unde Præses mutato consilio, conarus est blanditiis Sanctum Cleonicum à Christi fide avertere, dona & honores ei promittens. Ast ille subridens, idolorum impotentiam ludibrio exposuit. Dum enim iis sacrificium fieret, ipse precibus suis simulacrum Dianæ dejecit. Quare picem & bitumen tribus in lebetibus fervefactum, effuderunt super Sanctos Martyres: qui tamen salvi & illæsi servati sunt; tortores verò conflagrarunt. Deinde Cleonicus, & Eutropius in crucem acti, martyrium consummarunt; Basiliscus autem in carcerem conjectus, post aliquod tempus & ipse vita functus est.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ ΑΥ'ΤΩ͂

Γ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Εὐτροπίου, Κλεονίκου καὶ Βασιλίσκου.

Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ τῶν χρόνων Μαξιμιανοῦ, στρατιῶται τυγχάνοντες, συγγενεῖς τοῦ ἁγίου Θεοδώρου, προσάγονται ὡς Χριστιανοὶ τῷ Ἡγεμόνι· καὶ τύπτονται ἰσχυρῶς. Ὅθεν οἱ μὲν τύπτοντες ἐξελύθησαν διὰ τὸ σύντονον τῆς βασάνου. Οἱ δὲ μάρτυρες, ἐπιφανέντος αὐτοῖς τοῦ Κυρίου, καὶ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου, γεγόνασιν ὑγιεῖς. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν μεταμελόμενος, ἐκολάκευσε τὸν ἅγιον Κλεόνικον, μεταθέσθαι ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ πίστεως, δῶρα καὶ τιμὰς ὑπισχνούμενος. Ὁ δὲ γελάσας κατεχλεύασε τὴν τῶν εἰδώλων ἀσθένειαν. θυσίας δὲ ἐπιτελουμένης, διὰ προσευχῆς τὸ ξόανον κατέβαλε τῆς Ἀρτέμιδος. Ἐκκαύσαντες οὖν πίσσαν καὶ ἄσφαλτον εἰς τρεῖς λέβητας ἐπέχεον ἐπὶ τοὺς ἁγίους. Καὶ αὐτοὶ μὲν ζῶοι διεφυλάχθησαν· Οἱ δὲ δήμιοι κατεκάησαν. Εἶτα σταυροῦνται Κλεόνικος καὶ Εὐτρόπιος, καὶ ἐτελειώθησαν. Ὁ δὲ Βασιλίσκος ἐν τῇ φυλακῇ βληθεὶς, μετὰ χρόνον τινὰ καὶ αὐτὸς ἐτελεύτησεν.

EODEM MENSE

Die Quarta.

4. *Memoria Sancti Patris nostri Gerasimi.*

S. Gerasimus.

GErasimus Thaumaturgus seculo abdicato factus est monachus: cùmque in eremum interiorem regionis Thebaidis secessisset, quietam vitam amplexus est, explens mandata Dei. Tantam autem apud Deum familiaritatem consecutus est, ut imaginem & similitudinem Sanctorum in seipso repræsentans, & feris imperaret, & plura miracula patraret. Habuit autem & asinum ad portandam aquam sibi subservientem, quod illa à loco longius abesset. Quin & leoni, qui ex monte descenderat, ipsumque adjerat, oculi sui ligno percussi curationem petiturus, postquam illum curasset, præcepit, ut asinum ad pascua duceret. Quare capistro illum trahens, pascebat. Cùm verò aliquando leone dormiente illac pertranseuntes negotiatores asinum abstulissent, suspicatus Gerasi-

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ ΑΥ'ΤΩ͂

Δ'.

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Γερασίμου.

Γεράσιμος ὁ θαυματουργὸς τὸν κόσμον καταλιπὼν, γέγονε μοναχός. καὶ ἀπελθὼν εἰς τὴν ἐνδοτέραν ἔρημον τῆς χώρας Θηβαΐδος, ἡσύχαζεν, ἐκτελῶν τὰ τοῦ Θεοῦ προστάγματα. Τοσοῦτον δὲ τὴν πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν ἐκτήσατο, ὡς φυλάξας τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ καθομοίωσιν τῶν ἁγίων, ὅτι καὶ τῶν ἀγρίων θηρίων κατῆρχε, καὶ θαύματα πολλὰ ἐποίει. Ἐκτήσατο δὲ καὶ ὑπουργὸν καὶ ὄνον εἰς τὸ ὑδροφορεῖν, διὰ τὸ μακρὰν αὐτοῦ τὸ ὕδωρ ἀπέχειν. Ἀλλὰ καὶ λέοντι ἐκ τοῦ ὄρους κατελθόντι αὐτῷ ἐπὶ τὸ θεραπευθῆναι τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ ὑπὸ ξύλου πληγέντα, μετὰ τὸ θεραπευθῆναι, προσέταξε, τὸν ὄνον ἐπὶ νομὰς ἄγειν καὶ βόσκειν. Εἷλκεν οὖν αὐτὸν ἐκ τοῦ σχοινίου, καὶ ἔβοσκε, καί ποτε κοιμωμένου τοῦ λέοντος, διερχόμε-

χέμενοι ἔμποροι ἀνελάβοντο τὸν ὄνον. καὶ ὑποπιεσθεὶς ὁ λέων φαγεῖν αὐτὸν, κατεδικάσθη ἀντ᾽ ἐκείνου ὑδροφορεῖν. καὶ ἐποίει οὕτως μέχρι τῆς τελευτῆς τοῦ γέροντος. Τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ ἀπαπέθανε καὶ αὐτὸς τῷ τάφῳ αὐτοῦ.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μάρκου.

ΜΑ'ρκος ὁ ὅσιος φιλόπονος ἐν πᾶσι γενόμενος, τῇ μελέτῃ τῶν θείων γραφῶν ἐπέδωκεν ἑαυτὸν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον προῆλθεν τῆς ἀρετῆς. Σημεῖα δὲ φανερὰ εἰσι παρ᾽ αὐτοῦ συγγραφέντες ὠφελείας λόγοι, καὶ ἡ τῶν θαυμάτων ἐνέργεια. Ἡσυχάζοντι γάρ ποτε προσῆλθεν αὐτῷ ὕαινα, τὸ ἑαυτῆς τέκνον ἔχουσα τυφλὸν, καὶ σχήματι ταπεινῷ ὡσανεὶ ἐδέετο ἐλεῆσαι τὴν τύφλωσιν τοῦ τέκνου αὐτῆς. Ὁ δὲ γνοὺς ἔπτυσεν εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτοὺς ὑγιεῖς. Μετὰ ἡμέρας δὲ πάλιν ἐλθοῦσα ἡ ὕαινα, προσήγαγε δέρμα κριοῦ μεγάλου τῷ ἁγίῳ, τῆς ἰατρείας ἀντιμισθίαν. Ὁ δὲ οὐ πρότερον λαβεῖν κατεδέξατο, ἕως τὸ θηρίον ὑπέσχετο μηκέτι πρόβατα πενήτων βλάπτειν. Ὁ δὲ περὶ τὰ ἄλογα τοιοῦτος, ποταπὸς ἂν ἦν πρὸς ἀνθρώπους; οὕτω γὰρ ἦν καθαρὸς, ὡς τὸν πρεσβύτερον τῆς μονῆς λέγειν, μηδέποτε αὐτὸν μεταδοῦναι κοινωνίας τῷ Μάρκῳ, ἀλλὰ χεῖρα ἀγγέλου παρέχειν αὐτῷ ταύτην. ἑκατὸν δὲ χρόνων γεγονὼς, ἐτελειώθη.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Παύλου, καὶ Ἰουλιανῆς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ, καὶ Στρατονίκου ἐν Πτολεμαΐδι.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂Ι ΑΥ'ΤΩ͂Ι

Ε'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Εὐλογίου.

ΕΥ'λόγιος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς χώρας Παλαιστίνης, υἱὸς πλουσίων γονέων, εἰδωλολατρῶν δέ. Αὐτὸς δὲ πιστεύσας τῷ Χριστῷ, καὶ βαπτισθεὶς, μετὰ θάνατον τῶν γονέων αὐτοῦ, διασκορπίσας τὸν πλοῦτον αὐτοῦ πολὺν ὄντα εἰς τοὺς πένητας, καὶ ἑκὼν διὰ Κύριον πτωχεύσας, περιήρχετο κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν, διδάσκων τοὺς ἀπίστους τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ, καὶ πολλοὺς ἐξ αὐτῶν ἐπιστρέφων, καὶ βαπτίζων εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. οὕτω δὲ ποιῶν κατεμηνύθη

rafimus leonem illum devoraffe, ad aquam pro eo convehendam damnavit: quod & ille facere perrexit ufque ad obitum fenis. Cùm autem is vita functus fuiffet, ipfe etiam fuper ejus tumulum exanimatus concidit.

Et memoria Sancti Patris noftri Marci.

SAnctus Marcus laboris in omnibus amantiffimus erat, fimulque totum fe divinarum Scripturarum meditationi dabat: unde ad fummum virtutis culmen pervenit. Clara hujus rei figna funt tùm libri utilitatis pleni ab ipfo de virtute confcripti, tùm miraculorum ab eodem patratorum gratia. Cùm enim aliquando quietam in feceffu vitam ageret, acceffit ad illum hyena, apportans catulum fuum cæcum, fupplicique geftu ipfum rogavit, ut cæcitatis partus fui miferetetur. Quod ille animadvertens, cùm in ejus oculos confpuiffet, fanos effecit. Hyena poftridie revertens, ingentis arietis pellem in fanitatis collatæ remunerationem Sancto attulit: quam is non prius accipere voluit, quàm fera promitteret, fe nunquam pauperum ovibus infidiaturam. Quod fi erga irrationalia animalia talem oftendit affectum, qualem cenfendus eft habuiffe erga homines? Tanta autem inerat ei munditics, ut Presbyter loci affirmaret, fe nunquam Marco Communionem præbuiffe, fed Angeli manu porrectam ei fuiffe. Demum centefimo ætatis anno vita functus eft. S. Marcus

Et certamen Sanctorum Martyrum Pauli, fororifque ejus Julianæ: & Stratonici in urbe Ptolemaide. SS. Paulus, & Juliana: & Stratonicus MM.

EODEM MENSE

Die Quinta. 5.

Certamen Sancti Martyris Eulogii.

EUlogius Chrifti martyr erat ex regione Palæftinæ, parentum quidem divitum, fed idololatrarum filius: ipfe verò Chrifti fidem amplexus, baptizatufque, poft parentum obitum divitias fibi quamplurimas relictas in pauperes diftribuit, & libenter propter Dominum mendicando victitans, per omnem civitatem regionemque circumibat, infideles verbum Chrifti docens, multofque ex iis convertens, & baptizans in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Quod cùm faceret, ab idololatris apud Principem regionis proditus eft, comprehenfufque, eidem S. Eulogius M.

fifti-

ſiſtitur: interrogatus verò, liberè Chriſtum confeſſus eſt. Quare veſtibus exutus, ac ſiccis boum nervis crudeliter verberatus, compulſuſque Chriſtum abnegare, & idolis ſacrificare, cùm obſequi noluiſſet, Principis juſſu, ſacro capite abſciſſo, in eodem loco ſepultus eſt.

SS. Gregorius Epiſc. & Heſychius Aſceta.

Et memoria Sancti Patris noſtri Gregorii Epiſcopi Conſtantiæ in Cypro: nec non memoria Heſychii Aſcetæ.

μηνύθη παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν τῷ τῆς χώρας ἄρχοντι. Καὶ κρατηθεὶς παρέστη αὐτῷ. καὶ ἐρωτηθεὶς ὡμολόγησε παῤῥησίᾳ. Καὶ ἐκδυθεὶς ἐτύφθη σφοδρῶς βουνεύροις ξηροῖς. Καὶ καταναγκάσθη ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις. ὡς δὲ οὐκ ἐπείσθη, προστάξει τοῦ ἄρχοντος, τὴν ἱερὰν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀπετμήθη, ταφεὶς ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου Κωνσταντίας τῆς Κύπρου. Καὶ Μνήμη Ἡσυχίου Ἀσκητοῦ.

6. EODEM MENSE

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

Die Sexta.

ϛ.

Certamen Sancti Martyris Cononis in Iſauria.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Κόνωνος τοῦ ἐν Ἰσαυρίᾳ.

S. Conon Iſaurus M.

Sanctus iſte Conon temporibus Sanctorum Apoſtolorum erat ex regione Iſauriæ oriundus. Cùm autem Chriſtianus eſſet, fœminæ quam duxerat, antequam convenirent, perſuaſit, ut ambo virginitatem ſervarent: quare cum illa perinde ac ſorore verſatus eſt. Ducem porrò ſalutis habuit Archiſtrategum Michaëlem, qui & illum baptizavit, & Sanctæ Trinitatis nomen edocuit, divinaque eidem myſteria tradidit, & ad finem uſque ipſi adſuit; ſtupenda inſuper miracula patrandi virtutem illi contulit. Conon itaque parentes ſuos baptizavit, ex quibus Neſtor ipſius pater pro Chriſto martyrium ſubiit. Sed & adverſarios ſuos Græcos, & affirmantes præter idola nullum eſſe Deum, convicit, perſuaſitque, ut alta voce Chriſtum confiterentur, atque dicerent: Unus eſt Cononis Deus. Dæmonas quoque ſubegit: & alii quidem ab illo agreſtibus addicti ſunt locis, alii verò doliis incluſi. Poſtremò à Præſide comprehenſus, & quæſtioni ſubjectus: ſed à populo accurrente liberatus, cùm biennium ſupervixiſſet, vitam conſummavit.

Ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἦν οὗτος ὁ ἅγιος Κόνων, ἐκ τῆς χώρας Ἰσαυρίας, Χριστιανὸς δὲ ὢν συνεζεύχθη γυναικί· ἀλλὰ πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτῇ, πείσας παρθενεύειν συνῴκει αὐτῇ ὡς ἀδελφῇ. Ὡδηγεῖτο δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ τοῦ καὶ βαπτίσαντος αὐτὸν, καὶ τὸ τῆς ἁγίας Τριάδος ὄνομα διδάξαντος, καὶ τῶν θείων μυστηρίων αὐτῷ μεταδόντος, καὶ μέχρι τέλους συνόντος, καὶ τῶν παραδόξων θαυμάτων τὴν ἐνέργειαν χορηγοῦντος. Ἐβάπτισε δὲ καὶ τοὺς γονεῖς αὐτοῦ, ἐξ ὧν καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Νέστωρ ὑπὲρ Χριστοῦ ἐμαρτύρησεν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀνθισταμένους αὐτῷ Ἕλληνας, καὶ λέγοντας, μὴ εἶναι ἕτερον Θεὸν πλὴν τῶν εἰδώλων, ἔπεισε καὶ παρεσκεύασεν ὁμολογῆσαι μεγάλῃ φωνῇ τὸν Χριστὸν, καὶ εἰπεῖν. Εἷς Θεὸς ὁ Κόνωνος. Ὑπέταξε δὲ καὶ τοὺς δαίμονας· καὶ οἱ μὲν ἐφύλαττον τοὺς ἀγρούς· οἱ δὲ ἐνεκλείσθησαν εἰς πίθους. Εἶτα κρατηθεὶς παρὰ τοῦ Ἄρχοντος ἐτιμωρεῖτο. Καὶ δραμὼν ὁ λαὸς, ἐλυτρώσατο αὐτόν. Καὶ ζήσας ἔτη δύο, ἐτελειώθη.

Et certamen Sancti Martyris Cononis Hortulani.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Κόνωνος τοῦ Κηπουροῦ.

S. Conon Hortulanus M.

HIC Decio imperante ex Nazareth Galilææ oriundus erat. In regionem verò Pamphyliæ profectus, exiguum terræ locum excolens, & in hortum convertens, ex plantatis ibi oleribus victum ſibi, ac hoſpitibus pauperibus parabat. Erat autem moribus ſimplex adeò, ut cùm adeſſent, qui ipſum com-

Οὗτος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου ἐκ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας. Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν χώραν τῆς Παμφυλίας, καὶ τόπον μικρὸν ἐκλαβόμενος, μετεσκεύασεν εἰς κῆπον, καὶ φυτεύων λάχανα, ἐξ αὐτῶν ἐπορίζετο καὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς ξένοις πένησι τροφήν. ἦν δὲ τὸν τρόπον

ἁπλοῦς

ἀπλῶς, ὡς καὶ τοὺς μέλλοντας αὐτὸν κρατῆσαι, καὶ ἀγαγεῖν εἰς τὴν ἀρχὴν τὰ ἐπὶ τῷ τιμωρηθῆναι διὰ τὸ εἶναι Χριστιανὸν, ὡς ἐν παιγνίῳ ἀσπαζομένους ἀντασπάζεσθαι· καὶ εἰπόντας ὅτι καλεῖ σε ὁ ἡγεμὼν, ἀποκρίνασθαι· Ποίαν γὰρ ἐκεῖνος ἐμοῦ χρείαν ἔχει, μάλιστα ὑπάρχοντος Χριστιανοῦ; Δεθεὶς οὖν καὶ ἀχθεὶς, παρέστη τῷ ἡγεμόνι· καὶ προτραπεὶς θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, βαθὺ στενάξας, εἶπε πρὸς τὸν ἡγεμόνα. Εἴθε ὦ ἡγεμὼν, καὶ σὺ εἶχες ἀρνήσασθαι τὰ εἴδωλα καὶ προσελθεῖν τῷ Χριστῷ. Τότε τρυπηθεὶς τοὺς ἀστραγάλους καὶ σιδηροῖς ἥλοις καθηλωθεὶς, καὶ τρέχειν ἔμπροσθεν ἅρματος ἵππων ἀναγκασθεὶς, ἐτελεύτησεν.

comprehenderent, & ad Præsidem adducerent, ut tormentis subjiceretur, quod Christianus esset, eumque cum ludibrio salutarent, ipse salutationem rependerit: eumque dicerent, quod Præses vocasset eum, responderit: Quid enim opus est illi opera mea, præserrim cùm Christianus sim? Vinctus autem, & ad Præsidem adductus, cùm compelleretur, ut idolis sacrificaret, altum ingemuit, & Præsidi ait: Utinam, ò Præses, & tu idola abnegares, & ad Christum accederes. Ergo spondylis perforatis, clavisque ferreis confixis, ante currum compulsus currere, vitam consummavit.

Καὶ Ἄθλησις τῶν Ἁγίων μβʹ. Μαρτύρων τῶν ἐν τῷ Ἀμορίῳ κρατηθέντων, ἐν Συρίᾳ δὲ ἀναιρεθέντων.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοφίλου τοῦ εἰκονομάχου, τοῦ πατρὸς Μιχαὴλ υἱοῦ Θεοδώρας τῆς πιστωσάσης τὴν ὀρθοδοξίαν, ἦσαν οὗτοι οἱ ἅγιοι, στρατηγοὶ καὶ ταξιάρχαι ὄντες, πλούσιοι καὶ εὐγενεῖς. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐξελθὼν τῆς Συρίας ὁ Ἀμηρᾶς μετὰ λαοῦ ἀναριθμήτου κατὰ τῶν Ἀνατολικῶν μερῶν τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας, ἀπεστάλησαν παρὰ τοῦ βασιλέως φυλάξαι τὴν πόλιν Ἀμορίου. Καὶ ἰδόντες τὸ πλῆθος τῶν Σαρακηνῶν ἄπειρον, εἰσῆλθον ἔσω τοῦ κάστρου ἀγωνιζόμενοι καρτερῶς. Ἀλλὰ συγχωρήσει Θεοῦ τοῦ παιδεύοντος τοὺς πταίοντας, τοῦ κάστρου πολιορκηθέντος, τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος ἀπεσφάγη. Αὐτοὶ δὲ δεχθέντες ἀπήχθησαν εἰς Συρίαν, καὶ ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακήν. καὶ μετὰ τὰ πολλὰ ταλαιπωρηθῆναι, ἐκβληθέντες τῆς φυλακῆς, ἠναγκάσθησαν μαγαρίσαι. Καὶ μὴ πεισθέντες ἔλαβον ἀπόφασιν τοῦ ἀποκεφαλισθῆναι. Καὶ προθυμοποιήσας αὐτοὺς Κωνσταντῖνος, σὺν αὐτοῖς ἀπεκεφαλίσθη.

Et certamen Sanctorum XLII. Martyrum Amorii captorum, & in Syria occisorum.

IMperante Theophilo Iconomacho patre Michaelis filii Theodoræ, quæ restitutis Imaginibus orthodoxiam celebravit, fuerunt hi sancti Duces, & Tribuni, viri opulenti & nobiles: qui illo tempore, quo venit ex Syria Ameras cum innumero populo in partes Orientales Romani Imperii, missi sunt ab Imperatore ad urbis Amorii propugnationem: videntes autem infinitam Saracenorum multitudinem, castrum ingressi, illud fortiter defenderunt. Sed permittente Deo, qui delinquentes corripit, castro vi intercepto, multitudo civium mactata est; ipsi verò comprehensi, in Syriam abducti, & in carcerem conclusi sunt: plurimasque ærumnas perpessi, è carcere educti, & vi, ut præstigias eorum amplecterentur, coacti. Verùm constanter id recusantes, acceperunt sententiam, qua capite deberent plecti. Cumque Constantinus magnoperè socios animasset, cum iis capite plexus est.

55 Martyres Amorii capti.

EODEM MENSE

Die Septima.

7.

Sancti Pauli Confessoris in Prusia.

S. Paulus Ep. & Confess.

HIC cùm Episcopus esset ejus, quæ in Prusia est, sanctæ ecclesiæ, temporibus impiorum Iconomachorum, videretque insanos adversus Christi ecclesias debacchari, omnemque legum observationem evertere, formasque & repræsentationes venerandarum Imaginum delere, ipsas quidem ex ædium sacrarum adytis penitus exterminando; earum verò loco substituendo depictas ferarum, volucrum serpentiumque effigies, posthabitis divinorum Patrum traditionibus; divinis eos verbis, tamquam jaculis, impetere non desiit Dei pugil invictus, persecutiones, exilia, ærumnas gravissimas sustinere gaudens propter sanctas imagines Christi Dei nostri, atque sanctissimæ & intemeratæ matris ejus gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ, nec non Deiformium Angelorum, atque Sanctorum omnium. Plurimam igitur vexationem multorum annorum decursu tolerans, atque ad extremum vitæ spiritum generosè decertans, ad Dominum migravit.

SS. Arcadius & Nestor Episcopi: Eubulus, & Julianus: & Dometius: & septem martyres in Chersone.

Et memoria Sanctorum Arcadii & Nestoris Episcoporum Trimethuntis Cypri: & certamen Sanctorum Eubuli & Juliani medici: & Sancti Dometii: nec non Sanctorum septem martyrum in Chersone.

ΜΗΝΙ͂ ΤΩ͂ Α͗ΥΤΩ͂

Ζʹ.

Τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ὁμολογητοῦ τῆς Προυσίας.

ΟΥ̓ΤΟΣ Ἐπίσκοπος ὢν τῆς ἐν Προυσιάδι ἁγίας ἐκκλησίας κατὰ τοὺς χρόνους τῶν δυσσεβῶν Εἰκονομάχων. Καὶ ἰδὼν τοὺς ἄφρονας κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας μαινομένους, καὶ πᾶσαν ἀνατρέποντας θεσμῶν ἀκρίβειαν καὶ τὰς μορφὰς, καὶ τὰ ἐκτυπώματα τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀφανίζοντας, καὶ ἀπολείφοντας μὲν αὐτὰς ἐκ τῶν ἁγίων ναῶν, ζωγραφοῦντας δὲ ἀντ' αὐτῶν εἴδη θηρίων, καὶ ὀρνέων, καὶ ἑρπετῶν· καὶ θείων πατέρων παραδόσεις ἀνατρέποντας, θείοις ῥήμασιν, ὡς βέλεσι κατηκόντισεν, ὡς Θεοῦ μαχητὴς, διωγμοὺς, καὶ ἐξορίας, καὶ σκληραγωγίας αἱρετησάμενος ὑπὲρ τῶν ἁγίων εἰκόνων, αὐτοῦ τε τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τῆς παναγίας ἀχράντου αὐτοῦ μητρὸς τῆς ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῶν θεοειδῶν Ἀγγέλων, καὶ πάντων τῶν Ἁγίων. Ὅθεν πολλοὺς πειρασμοὺς ἐν πολλοῖς ὑπομείνας χρόνοις, καὶ μέχρι τέλους καλῶς ἀνδρισάμενος, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Καὶ Μνήμη τῶν ἐν ἁγίοις Ἀρκαδίου καὶ Νέστορος Ἐπισκόπων Τριμηθοῦντος τῆς Κύπρου. Καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων Εὐβούλου καὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ ἰατροῦ. Καὶ τοῦ ὁσίου Δομετίου. Καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων ἑπτὰ τῶν ἐν Χερσῶνι.

EODEM MENSE

Die Octava.

8.

Memoria Sancti Confessoris Theophylacti Episcopi Nicomediæ.

S. Theophylactus Episc. Nicom. Conf.

THeophylactus divinus Pontifex in partibus Orientis natus, Constantinopolim veniens, sanctissimo Tarasio ministravit, cùm ille adhuc primus à secretis esset: postea verò Patriarcha ordinatus, monachum ipsum fecit unà cum Michaële, qui Synadorum Episcopus postremo creatus est, eosque in Patriarchio probè educavit: Theophylactum autem Episcopum Nicomediæ ordinavit. Ubi vero Tarasius in humanis esse desiit, eique sanctus Nicephorus in Patriarchatu successit, Leone Armeno imperium capessente, atque ad-

ver-

ΜΗΝΙ͂ ΤΩ͂ Α͗ΥΤΩ͂

Ηʹ.

Μνήμη τοῦ ὁσίου καὶ ὁμολογητοῦ Θεοφυλάκτου Ἐπισκόπου Νικομηδείας.

ΘΕοφύλακτος ὁ θεῖος ἱεράρχης, ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῶν Ἀνατολικῶν μερῶν· εἰς Κωνσταντινούπολιν δὲ ἐλθὼν, ἐδούλευε Ταρασίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ τότε πρωτοασηκρίτῃ ὑπάρχοντι. Ἐπεὶ δὲ Πατριάρχης προεχειρίσθη, ἐποίησεν αὐτὸν μοναχὸν, μετὰ Μιχαὴλ τοῦ ὕστερον γεγονότος Ἐπισκόπου Συνάδων, καὶ τοῖς ἐν τῷ Πατριαρχείῳ εὐκτηρίοις ἐνέταξεν. Εἶτα δὲ καὶ Ἐπίσκοπον Νικομηδείας ἐχειροτόνησεν. Τελευτήσαντος δὲ Ταρασίου, γέγονε Πατριάρχης ὁ ἅγιος Νικηφόρος,

κρα-

κρατήσαντος δὲ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου, καὶ κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων χωρήσαντος, παραλαβὼν ὁ ἅγιος Νικηφόρος τὸν ὅσιον Θεοφύλακτον, καὶ τοὺς λοιποὺς Ἐπισκόπους, ἀνῆλθεν ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ ἤλεγξε κακῶς ποιοῦντα, καὶ τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀρνούμενον. Τότε ὁ μὲν Πατριάρχης ἐξωρίσθη εἰς Θάσον τὴν νῆσον. Οἱ δὲ λοιποὶ, ἄλλος ἀλλαχοῦ. Θεοφύλακτος δὲ εἰς Στρόβιλον, ἐν ᾗ καὶ ἐτελεύτησεν.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου Ἀρκαδίου τοῦ Κυπρίου. Καὶ ἄθλησις Εὐβούλου, καὶ Ἰουλιανοῦ.

Ὅσιος Ἀρκάδιος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς νήσου τῆς Κύπρου, μοναχὸς ἐκ βρέφους γενόμενος, καὶ τῷ Θεῷ διὰ πολιτείας εὐαρεστήσας. Ἀγωνιζόμενος ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, καὶ πολλοὺς ὠφελῶν, οὐ μόνον διὰ βίου καὶ ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ διδασκαλίας, καὶ παραινέσεως· ἐξ ὧν ἦσαν καὶ Εὔβουλος, καὶ Ἰουλιανός. Οἵτινες συχνότερον πρὸς αὐτὸν ἀπερχόμενοι, καὶ στηριζόμενοι τοῖς λόγοις αὐτοῦ ἐπεμέλουν τῆς ἀρετῆς. Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ δυσσεβοῦς καὶ παραβάτου Ἰουλιανοῦ, κρατηθέντες ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, παῤῥησίαν λαβόντων ἀπὸ τῆς τοῦ Βασιλέως ἐξουσίας κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ βασανισθέντες ἰσχυρῶς, ἀπεκεφαλίσθησαν. Καὶ μαθὼν ταῦτα ὁ ὅσιος Ἀρκάδιος, καὶ λυπηθεὶς μὲν, εὐχαριστήσας δὲ τῷ Θεῷ, τῷ οὕτως οἰκονομήσαντι, προσευχόμενος ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ προσεκαθίζετο, καὶ δάκρυσι πολλοῖς περιχεόμενος, ἐτελειώθη.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἐν Χερσῶνι Ἐπισκόπων Βασιλέως, Εὐγενίου, Ἀγαθοδώρου, καὶ λοιπῶν.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ, Ἕρμων ὁ Ἱεροσολύμων Ἐπίσκοπος ἀπέστειλεν Ἐπισκόπους, εἰς μὲν Τουρκίαν Ἐφραὶμ, εἰς δὲ Χερσῶνα Βασιλέα· ἔνθα τὸν Χριστὸν κηρύττων, τυφθεὶς ἀπηλάθη. ἐγείρας δὲ τὸν υἱὸν τοῦ Ἄρχοντος ἐκ τῶν νεκρῶν, πάλιν προσεκλήθη, βαπτίσας καὶ τὸν Ἄρχοντα, καὶ ἑτέρους πολλούς. Οἱ δὲ ἄπιστοι μανέντες ἔσυραν αὐτὸν σχοινίοις ἀπὸ τῶν ποδῶν. Καὶ συρόμενος ἐτελεύτησεν. Μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ἐλθόντες Εὐγένιος, Ἀγαθόδωρος, Καπίτων, καὶ Ἐλπίδιος, ἐκήρυττον τὸν Χριστόν. Καὶ συστάντες οἱ Ἕλληνες ἀπέκτειναν αὐτούς. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀπεστάλη ἐξ Ἱεροσο-

versus sacras imagines sese instruente, accersens Sanctus Nicephorus unàcum reliquis Episcopis etiam Sanctum Theophylactum, & Palatium ingrediens, acriter reprehendit impium sanctisque imaginibus adversantem Imperatorem. Tunc Patriarcha quidem in Thusum insulam relegatus est; alii verò in alia loca deportati; Theophylactus autem in Strobilum, ubi vitam consummavit.

Et memoria Sancti Arcadii Cyprii, ac certamen Eubuli & Juliani.

S. Arcadius Cyprius & SS. Eubulus & Julianus MM

Sanctus Arcadius erat ex insula Cypro oriundus, monasticam vitam à puero amplexus, & ob rectam vivendi methodum Deo gratissimus, Constantino Magno Imperatore palæstram auspicatus. Multis profuit non solùm exemplo vitæ suæ & virtutibus, sed etiam doctrina & adhortationibus. Ex his erant Eubulus & Julianus, qui frequentius ad eum veniebant, sermonibusque ejus confortati, in via virtutis procedebant: postea verò imperante impio Juliano apostata, ab idololatris, qui ab Imperatore potestatem acceperant contra Christianos libere insurgendi, capti fuerunt, & tandem post durissimos cruciatus capite plexi sunt. Quæ ubi Sanctus Arcadius intellexit, contristatus quidem est; sed Deo, qui omnia ita ordinarat, gratias egit. Perseverans autem in eodem loco, ubi hactenus consederat, inter orationes lacrymis plurimis perfusus, vitam finivit.

Et certamen Sanctorum in Chersone Episcoporum Basilei, Eugenii, Agathodori, & reliquorum.

SS Episcopi Chersone MM

Imperante Diocletiano Hermon Hierosolymorum Episcopus allegavit Episcopos, Ephræm quidem in Turciam, Basileum verò in Chersonem: qui cùm ibi Christum prædicaret, verberibus exceptus est, atque urbe ejectus. Cùm verò Principis filium à morte ad vitam revocasset, rursus accersitus, Principem ipsum aliosque plurimos baptizavit. Sed qui in sua infidelitate manserant, funibus alligatum tandiu à pedibus raptarunt, donec vitam finivit. Post ejus mortem venerunt Eugenius, Agathodorus, Capeton, & Elpidius, qui cùm Christum prædicarent, ab insurgentibus in illos Græcis occisi sunt. Post hæc missus fuit Hierosolymis Ætherius, qui cùm feritatem populi cerneret, Magnum Constanti-

num adivit, Byzantii tum imperantem, cumque rogavit, ut idololatræ ex urbe Chersone ejicerentur: quod & ex animi sententia contigit. Cumque ecclesias condidisset, iterumque Imperatorem, ut gratias ageret, adiisset, in Chersonem regressus, & sacra secum deferens, in reditu in fluvium Danaprin projectus, vitam ibi finivit.

σολύμων Αἰθέριος· καὶ ἰδὼν τὸ λαοῦ τὸ ἄγριον, προσῆλθεν τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ ἐν τῷ Βυζαντίῳ τότε βασιλεύοντι. Καὶ ᾐτήσατο αὐτὸν, καὶ ἐδιώχθησαν ἐκ τῆς Χερσῶνος οἱ εἰδωλολάτραι. Κτίσας δὲ ἐκκλησίας, πάλιν προσῆλθεν τῷ Βασιλεῖ εὐχαριστῶν. Καὶ ἱερὰ λαβὼν παρ᾽ αὐτοῦ, ἐπανήρχετο πρὸς Χερσῶνα. Καὶ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαι, ἀπερρίφη εἰς τὸν Δανάπριν ποταμὸν, καὶ ἐκεῖ τελευτᾷ.

EODEM MENSE

ΜΗΝΙ͂ Τῼ͂ ΑΥ͂Τῼ͂

Die Nona.

9.

Θ'.

Certamen Sanctorum Martyrum Sebastes.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων τῶν ἐν Σεβαστείᾳ.

SS Martyrer XL. Sebasteni.

Quadraginta Christi Martyres ex diversis orbis locis Licinio imperante in exercitu militabant. Quod autem Christiani essent, sub Agricolao Præside, præsente etiam Duce, comprehensi, & idolis sacrificare coacti, cùm id facere recusarent, ipsorum ora lapidibus contusa fuere. Deinde hiemis tempore in rigenti congelatoque stagno nudi pernoctare jussi sunt. Ibi cùm unus, cui animus ad frigus ferendum defecerat, in proximum balneum desiliens, calore necatus fuisset; janitor qui illos custodiebat, videns coronas super novem ac triginta Martyres descendentes, unamque coronam superesse, quæ extincti militis fuerat; detractis vestibus ad sanctos procurrens, in Christum credidit. Ut dies illuxit, cùm hi quidem exanimati, illi verò adhuc spirantes apparuissent, ad ripam perducti, fractis ipsorum cruribus, postremò plaustris impositi, in profluentem projecti sunt, atque ita martyrium consummarunt.

ΟΙ τοῦ Χριστοῦ τεσσαράκοντα Μάρτυρες, ἐκ διαφόρων τόπων ὑπάρχοντες, ἐν ἐπιτάγματι ἐστρατεύοντο ἐπὶ τῆς βασιλείας Λικιννίου. Διὰ δὲ τὸ εἶναι Χριστιανοὶ, κρατηθέντες ὑπὸ Ἀγρικολάου ἡγεμόνος, παρόντος καὶ τοῦ Δουκὸς, ἠναγκάζοντο θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Καὶ μὴ πειθόμενοι, λίθοις τὰ στόματα συνετρίβησαν. Εἶτα ἐν ὥρᾳ χειμερινῇ γυμνοὶ ἐπὶ τῆς λίμνης τῷ κρύει παγωθείσης, καὶ κρυσταλλωθείσης κατεδικάσθησαν ἵστασθαι δι᾽ ὅλης τῆς νυκτός. Ἔνθα ἑνὸς λιποψυχήσαντος, καὶ πρὸς τὸ πλησίον λουτρὸν δραμόντος, καὶ τῇ θερμῇ διαλυθέντος, ὁ φυλάττων αὐτοὺς καπικλάριος, ἰδὼν ἐξ οὐρανοῦ στεφάνους κατερχομένους ἐπὶ τοὺς τριάκοντα ἐννέα μάρτυρας, καὶ ἕνα στέφανον περιττεύοντα, ὃς ἦν τοῦ διαλυθέντος, ἐκδυσάμενος προσέδραμε τοῖς ἁγίοις, καὶ ἐπίστευσε τῷ Χριστῷ. Τῷ δὲ πρωῒ, ὡς ἐφάνησαν οἱ μὲν θανέντες, οἱ δὲ ἔτι ἐμπνέοντες, ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν ἀχθέντες, καὶ τὰ σκέλη θλασθέντες, ἐπὶ ἁμαξῶν ἐτέθησαν, καὶ ἐρρίφησαν ἐν τῷ ποταμῷ· καὶ οὕτως ἐτελειώθησαν.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι

Ι'.

Α'θλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Κοδράτου, Κυπριανοῦ, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς.

ΕΠῚ τῆς βασιλείας Δεκίου, διωγμοῦ κινηθέντος, πάντες οἱ Χριστιανοί, οἱ μὲν κρατούμενοι ἀπεσφάζοντο· οἱ δὲ φεύγοντες ἐν τοῖς ὄρεσιν κατεκρύπτοντο, ἕως καιροῦ. Φυγοῦσα δὲ καὶ ἡ μήτηρ Κοδράτου, ἐκ τῆς πόλεως ὑπάρχουσα Κορινθίων, ἀπῆλθεν εἰς τὸ ὄρος, καὶ κατεκρύπτετο. Ἐπεὶ δὲ ἦν ἔγκυος, ἐγέννησεν υἱὸν, ὀνομάσασα αὐτὸν Κοδράτον. Εἶτα ὀλίγον ἐπιβιώσασα, ἐτελεύτησε, καταλιποῦσα τὸν υἱὸν βρέφος. Ὅστις ἐτρέφετο ὑπὸ τῶν νεφῶν συνισταμένων ἐπ' αὐτὸν, καὶ ποτιζόντων αὐτόν. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ἐγνώρισαν αὐτὸν τινες ἤδη νεανίσκον γενόμενον· καὶ ἀπήρχοντο πρὸς αὐτόν· ὧν ἦσαν Κυπριανὸς, Διονύσιος, Ἄνεκτος, Παῦλος καὶ Κρίσκης. Ἦρχε δὲ πάντων ὁ ἅγιος Κοδράτος, καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς τὴν ἀλήθειαν. Μετὰ δέ τινα χρόνον ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν διαβληθέντες τῷ Ἄρχοντι, καὶ κρατηθέντες, ἤχθησαν εἰς Κόρινθον· καὶ βασανισθέντες, καὶ μέχρι τέλους τὸν Χριστὸν ἀνακηρύξαντες, τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν.

EODEM MENSE

Die Decima. 10.

Certamen Sanctorum Martyrum Codrati, Cypriani, & sociorum.

IMperante Decio cùm persecutio mota fuisset, Christiani omnes aut capti mactabantur, aut fugientes in montibus ad tempus abscondebantur. Tunc etiam mater Codrati ex urbe Corinthiorum oriunda, fugâ elapsa, venit in montem, & in latebris degit: & quia prægnans erat, peperit filium, quem Codratum nominavit, nec diu postea vixit, relicto filio adhuc infante mortua. Nutriebatur autem ille à nubibus supra ipsum coëuntibus, & aquam adferentibus, potumque ei præbentibus. Procedente verò tempore cùm ætatem juvenilem attigisset, cognoverunt eum aliqui, & ad eum accesserunt, ex quibus erant Cyprianus, Dionysius, Anectus, Paulus, & Crescens: quos omnes regebat Sanctus Codratus, & veritatem docebat. Post aliquod dein tempus ab idolorum cultoribus traditi sunt Præsidi, & vincti Corinthum adducti; ac dein tormentis subjecti, cùm usque ad finem Christum prædicarent, capite plexi sunt. SS. Codratus, Cyprianus, & socii.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Διονυσίου.

ΔΙονύσιος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχεν μὲν εἷς τῶν γνωρισάντων τὸν ἅγιον Κοδράτον, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπερχομένων. Κατεμηνύθη δὲ τῷ Ἄρχοντι τῆς πόλεως Κορίνθου, ὅτι τὸ μὲν πρόσταγμα τῶν βασιλέων οὐ πειθαρχεῖ, καὶ τῶν μεγίστων Θεῶν καταφρονεῖ· ἕτερον δέ τινα κηρύττει Θεὸν ἐσταυρωμένον, λέγων, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ὁ καὶ μέλλων ἐλθεῖν ἐξ οὐρανοῦ μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ὅθεν κρατηθεὶς καὶ δεθεὶς ἁλύσεσι, παρέστη τῷ Ἄρχοντι, καὶ κατηναγκάζετο, ποτὲ μὲν κολακείαις, ποτὲ δὲ ἀπειλαῖς, ἀρνήσασθαι μὲν Χριστὸν, καὶ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Καὶ τῆς προτέρας ἐνστάσεως ἐχόμενος, καὶ Χριστὸν ὁμολογῶν μεγάλῃ φωνῇ, ἀπεσφάγη μαχαίρᾳ, καὶ οὕτως ἐτελειώθη.

Et certamen Sancti Martyris Dionysii.

DIonysius Christi Martyr, unus ex illis fuit, qui sanctum Codratum cognoverunt, & ad eum accesserunt. Proditus S. Dionysius M.
verò, ad Præsidem urbis Corinthi adductus est, quòd mandato Imperatorum non obediret, ac magnos Deos contemneret; alium verò Deum crucifixum prædicaret, dicens, hunc esse, qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, quique è cœlo venturus esset cum gloria, ut judicaret vivos & mortuos, & redderet unicuique secundùm opera sua. Quare comprehensus, & vinculis constrictus, stetit coram Præside, & urgebatur modò blanditiis, modò minis Christum negare, & idolis sacrificare: sed priori proposito adhærens, & Christum magna voce confitens, gladio interemptus, martyrium consummavit.

EODEM MENSE

11. Die Undecima.

Certamen Sancti Sacro-Martyris Pionii.

S. Pionius M. Sanctus iste imperante Decio Presbyter erat in sancta Smyrnæ ecclesia. Cùm autem Judæos Græcosque reprehenderet, iisque ex Scripturis demonstraret, unum esse verum Deum omnium factorem, & unigenitum ejus filium Jesum Christum, & Spiritum Sanctum: adjiceretque, ab eodem peccatores omnes & infideles cruciatibus subjiciendos fore, ignique sempiterno addicendos; idque exemplo ignis Sodomitici, ejusque qui in Sicilia crumpit, ostenderet; unàcum aliis Christianis comprehensus ab idolorum cultoribus, primùm quidem vinculis constrictus, Polemoni idolorum sacerdoti urbisque Smyrnæ principi traditus fuit: deinde ab iis ad regionis Præsidem adductus, hujus jussu durissimis verberibus affectus, & in eculeum suspensus est, lampadibus ignis latera ustulatus. Postremò ex eculeo depositus, & in ardentem fornacem injectus, in oratione martyrium consummavit.

Et memoria Sancti Patris nostri Sophronii Archiepiscopi Hierosolymorum.

S. Sophronius Episc. Hierosol. Sanctus Pater noster Sophronius ex urbe Damasco in provincia Phœniciæ originem traxit, piorum ac temperantium parentum filius. Cùm verò præstanti præditus esset ingenio, universam Græcorum & Christianorum scriptam doctrinam didicit. Magni deinde Theodosii mandram delegit, in qua universam evolvit Scripturam. Posthæc Alexandriam profectus est, amplioris eruditionis comparandæ studio ductus. Propter doctrinam itaque, & eximiam ipsius virtutem Episcopus Hierosolymorum factus est. Sancta deinde civitate capta, rursus Alexandriam ad sanctum Joannem Eleemosynarium abiit, eoque vita functo, iterùm Hierosolyma regressus est. Cùm autem plures libros composuisset, diversorumque sanctorum encomia persecutus fuisset, & vitam sanctæ Mariæ humanæ naturæ viribus majorem conscripsisset, gregem quoque ecclesiæ Dei optimè duxisset & gubernasset, ad Dominum, quem optaverat, in pace migravit.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ Α'ΥΤΩ͂

ΙΑ'.

Α'͂θλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Πιονίου.

ΚΑΙ' οὗτος ὁ ἅγιος ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Δεκίου, πρεσβύτερος τῆς ἐν Σμύρνης ἁγίας ἐκκλησίας. Ἐλέγχων δὲ Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας, καὶ πείθων αὐτοὺς ἀπὸ τῶν γραφῶν· ὅτι εἷς μόνος ἐστὶ Θεὸς ἀληθινὸς ὁ τὰ πάντα ποιήσας, καὶ ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ προστιθεὶς ὅτι πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ, καὶ ἄπιστοι παρ' αὐτοῦ τιμωρηθήσονται, καὶ πυρὶ αἰωνίῳ παραδοθήσονται. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ Σοδομιτικοῦ πυρὸς, καὶ τοῦ ἐν Σικελίᾳ ἀνερχομένου· ἐκρατήθη ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν μετὰ καὶ ἑτέρων Χριστιανῶν. Καὶ πρῶτον μὲν παρεδόθη δεδεμένος ἁλύσεσι Πολέμωνι τῷ τῶν εἰδώλων ἱερεῖ, καὶ τῷ τῆς πόλεως Σμύρνης ἄρχοντι. Ἔπειτα παρ' ἐκείνων προσήχθη τῷ τῆς χώρας Ἡγεμόνι. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν ἔτυψεν αὐτὸν σφοδρῶς· καὶ ἐπὶ ξύλου κρεμάσας, λαμπάσι πυρὸς τὰς πλευρὰς αὐτοῦ κατέφλεξεν. Εἶτα ἀπὸ τοῦ ξύλου καταβιβάσας, καὶ κάμινον ἀνάψας μεγάλην, ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς αὐτήν. Ὁ δὲ ἅγιος ἐν αὐτῇ προσευχόμενος ἐτελειώθη.

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων.

ΣΩφρόνιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, γέγονε μὲν ἀπὸ τῆς χώρας Φοινίκης, πόλεως δὲ Δαμασκοῦ, εὐσεβῶν καὶ σωφρόνων γονέων υἱός. Εὐφυὴς δὲ ὢν, ἔμαθεν πᾶσαν ἑλληνικὴν, καὶ χριστιανικὴν γραφήν. Εἶτα τὴν μάνδραν τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου κατέλαβεν, ἐν ᾗ πᾶσαν διῆλθε γραφήν. Ἔπειτα ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπῆλθε, πλείονος γνώσεως ἐφιέμενος· διὰ δὲ τὴν γνῶσιν, καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν Ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων γίνεται. Τῆς δὲ ἁγίας πόλεως πολιορκηθείσης, πάλιν εἰς Ἀλεξάνδρειαν πρὸς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Ἐλεήμονα ἀπέρχεται, καὶ μετὰ τελευτὴν ἐκείνου πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα ὑποστρέφει. Πολλὰς δὲ βίβλους συγγραψάμενος, καὶ διαφόρους ἁγίους ἐγκωμιάσας, καὶ συνθεὶς τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον διήγημα τοῦ βίου τῆς ὁσίας Μαρίας, καὶ καλῶς τὸ ποίμνιον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας χειραγωγήσας καὶ ἰθύνας, ἐν εἰρήνῃ πρὸς Κύριον, ὃν ἐπόθησεν, ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ Α'ΥΤΩ͂

ΙΒ'.

Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοφάνους, τοῦ Ὁμολογητοῦ τοῦ ἐν τῷ μεγάλῳ Ἀγρῷ.

Θεοφάνης ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχεν υἱὸς γονέων εὐγενῶν, καὶ πλουσίων. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ πατρὸς, ἦν ἀνατρεφόμενος παρὰ τῆς μητρός. Γενόμενος δὲ δωδεκαέτης, συνεζεύχθη γυναικί, καὶ πείσας αὐτὴν διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ παρθενεύειν, ἀπέκηρεν αὐτὴν ἐν τῇ τῆς Πριγκίπου μονῇ. Αὐτὸς δὲ διανείμας τὸν πλοῦτον τοῖς πένησιν, ἀπελθὼν ἐγένετο μοναχὸς ἐν τῷ τῆς Σιγριανῆς ὄρει διακειμένῳ μοναστηρίῳ. Κρατήσας δὲ βασιλείας Λέων ὁ Ἀρμένιος, Εἰκονομάχος ὢν, ἤκουσε περὶ τῆς ἀρετῆς τοῦ ἁγίου Θεοφάνους, καὶ προστείλας ἤγαγεν αὐτὸν ἐν τῇ βασιλευούσῃ, καταναγκάζων συνελθεῖν τῇ αἱρέσει αὐτοῦ. Μὴ πείσας δὲ, πρῶτον μὲν ἀπέκλεισεν εἰς φυλακήν· Ἔπειτα τῆς φυλακῆς ἐκβαλὼν, καὶ πάλιν καταναγκάσας ἀρνήσασθαι τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησιν, ἐπεὶ ἑώρα μηδὲ ὅλως ἀνεχόμενον τοῦτο ἀκοῦσαι, ἐξώρισεν εἰς Σαμοθράκην· ἔνθα καὶ ἀπελθόντα τὸν ἅγιον, καὶ ὀλίγον ἐπιβιώσαντα, προσελάβετο ὁ Κύριος.

Καὶ Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Πάπα Ῥώμης.

Ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας ὑπῆρχεν οὗτος ὁ ἅγιος Γρηγόριος, μοναχὸς ἐν μοναστηρίῳ πλησίον Ῥώμης· ἦν δὲ πάνυ ἐνάρετος· κατεξαίρετον δὲ ἐλεήμων. Δοκιμάζων δὲ αὐτὸν ὁ Θεὸς, ἀπέστειλεν Ἄγγελον πρὸς αὐτὸν ἐν σχήματι ναυαγήσαντος· καὶ εὗρεν αὐτὸν πρόθυμον πρὸς τὸ δοῦναι· πεντήκοντα γὰρ νομίσματα δέδωκε τῷ αἰτήσαντι, εἶτα ἕξ, καὶ τρίτον ἕτερα, ἕως ἐκένωσε τὸ ἐν τῇ μονῇ σιτάρκιον τοῦ χρυσίου. Καὶ γενόμενος Ἀρχιερεὺς Ῥώμης, συνεκάλει καθ' ἡμέραν δώδεκα πτωχούς· καὶ ἐφαίνετο αὐτῷ μόνῳ καὶ τρισκαιδέκατος, καὶ ἐρωτήσαντος αὐτὸν εἰπεῖν τὸ αὐτοῦ ὄνομα, ἤκουσεν, ὅτι θαυμαστόν· καὶ οὕτως ἐσιώπησεν, συννοήσας, ὅτι Ἄγγελος Θεοῦ ἐστιν. Γενόμενος δὲ πάσης παιδείας, καὶ γραφῆς ἔμπειρος,

EODEM MENSE

Die Duodecima. 12.

Memoria Sancti Patris nostri Theophanis Confessoris in magno Agro.

Sanctus Pater noster Theophanes nobilibus atque locupletibus parentibus natus, patre defuncto, à matre educatus fuit. Annorum duodecim factus, puellæ desponsus est, quam cùm suis adhortationibus ad servandam virginitatem induxisset, in monasterio Principis totondit. Ipse verò distributo in pauperes patrimonio, ad monasterium in monte Sigrianæ positum profectus, ibidem monachum induit. Cùm autem Leo Armenus Iconomachus imperium tenuisset, sancti Theophanis virtutem intelligens, ad urbem regiam illum venire jussit, instititque, ut hæresi ipsius assentiretur. Quod cùm haudquaquam persuasisset, primum quidem custodiæ illum includi mandavit: post è carcere eductum rursus urgebat, ut venerandarum imaginum cultum ejuraret: animadvertensque, illum nec tolerare velle quæ dicebantur, in Samothraciam relegavit. Quo profectus sanctus, cùm parum supervixisset, à Domino assumptus est. S. Theophanes Conf.

Et commemoratio Sancti Patris nostri Gregorii Papæ Romæ.

Justiniano imperante iste sanctus Gregorius in monasterio propè Romam monachum egit. Cùm autem virtutibus omnibus, ac præcipuè misericordia in pauperes præditus esset, illum probaturus Deus, Angelum sub naufragi specie ad eum misit, ipsumque ad dandum paratissimum reperit: quinquaginta namque nummos petenti continuo numeravit, deinde sex, postremò tres alios, donec auri, quod in monasterio habebat, crumenam exhausit. Factus autem Pontifex Romanus, cùm duodecim quotidie pauperes convocare soleret, quadam die ipsi soli tertius decimus apparuit, qui rogatus, ut suum proderet nomen, respondit, hoc esse admirabile. Quare ille conticuit, intelligens Dei Angelum esse. Cùm autem in omnibus doctrinis & scripturis esset versatus, complures lucubrationes reliquit Latino sermone compositas, in Græcum S. Gregorius Papa.

post

post conversas. Vita itaque hunc in modum traducta, & variis patratis miraculis, in pace ad Dominum migravit.

EODEM MENSE

13. **Die Decima tertia.**

Certamen Sancti Martyris Alexandri.

S. Alexander M.

SAnctus & gloriosus Christi martyr Alexander temporibus persecutionis, & inter tenebras erroris idololatrarum, velut splendidissimum sidus, pietate refulsit in urbe Pydna. Cùm autem impiorum insaniam redargueret, Christumque palàm prædicaret, & ex Græcis complures ad illum traductos baptizaret, paganorum iram in se commovit, qui ejus libertatem, atque in dicendo vim ægrè sustinebant. Facta itaque conspiratione, illum comprehenderunt, sævæque subjectum quæstioni, atque durissimè cæsum, urgebant, ut diis mente carentibus immolaret. Cùm autem nihil profecissent, decollari illum jubent. Atque hunc in modum Deo gratias agens, capite plexus, beatum spiritum Domino tradidit: pretiosas autem ejus reliquias religiosi quidam Christiani colligentes & componentes, sepelierunt.

Et certamen Sancti Martyris Sabini.

S. Sabinus M.

SAbinus Christi martyr ex regione Ægypti fuit: propter incumbentem verò persecutionis sævitiam seculum deserens, secessit, & extra civitatem se abdidit in exiguam domunculam. Cùm autem magna Christianorum multitudo ab idolorum cultoribus comprehenderetur, Sabinus etiam quæsitus est, nec inventus, haud levi infideles dolore afficit. Tunc mendicus quidam solitus ad Sabinum accedere, ab eoque accipere victûi necessaria, idololatris dixit: Quid dabitis mihi, & ostendam vobis quem quæritis Sabinum? Dederunt autem ei nummos duos, eumque secuti, irruerunt in domunculam, atque comprehensum Sabinum, vinctumque adduxerunt ad Præsidem. Dixit porrò ad eum Præses: Quare contemnens edictum Imperatorum, magnosque Deos, ignotum quendam Deum prædicas?

πειρος, πολλὰ συγγράμματα καταλέλοιπεν, ὑπαγορευθέντα μὲν Ῥωμαϊστί, ἑρμηνευθέντα δὲ Ἑλληνιστί. Ζήσας δὲ οὕτως, καὶ θαύματα διάφορα ἐργασάμενος, ἐν εἰρήνῃ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι

ΙΓ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀλεξάνδρου.

Ἀλέξανδρος ὁ ἅγιος καὶ ἔνδοξος Μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, ἐν τοῖς καιροῖς τοῦ διωγμοῦ, καὶ ἐν τῷ σκότει τῆς πλάνης τῶν εἰδωλολατρῶν, ὥσπερ πολύφωτος ἀστὴρ ἐν εὐσεβείᾳ διέλαμψεν ἐν Πύδνῃ τῇ πόλει, τὴν μανίαν τῶν δυσσεβῶν διελέγχων, καὶ τὸν Χριστὸν φανερῶς κηρύττων, καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐπιστρέφων πρὸς αὐτόν, καὶ βαπτίζων. Οὕτω δὲ ποιῶν, εἰς ὀργὴν ἐκίνησε καθ' ἑαυτοῦ τοὺς εἰδωλολάτρας, τὴν παῤῥησίαν αὐτοῦ καὶ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ λόγου μὴ ὑπομείναντας. Ὅθεν ἐπισυναχθέντες κατ' αὐτοῦ, ἐκρατήσαντες αὐτόν, ἐτιμωρήσαντο ἰσχυρῶς, καὶ ἔτυψαν αὐτὸν ἀφειδῶς, καταναγκάσαντες αὐτὸν θῦσαι τοῖς ἀνοήτοις θεοῖς. Ὡς δὲ οὐκ ἔπεισαν, κατεδίκασαν αὐτὸν ἀποκεφαλισθῆναι. Καὶ οὕτως εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, τὴν κεφαλὴν ἐκτμηθείς, παρέδωκε τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν τῷ Θεῷ. Τὸ δὲ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἑλόμενοί τινες τῶν εὐλαβῶν Χριστιανῶν καὶ περιστείλαντες ἔθαψαν.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Σαβίνου.

Σαβῖνος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχεν ἐκ τῆς χώρας Αἰγύπτου· διὰ δὲ τὴν ἐπικειμένην ἀνάγκην τοῦ διωγμοῦ καταλιπὼν τὸν κόσμον, ἀνεχώρησεν, καὶ ἐξελθὼν ἔξω τῆς πόλεως κατεκρύπτετο ἐν οἰκήματι μικρῷ. Πολλῶν δὲ κρατουμένων Χριστιανῶν ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, ἐζητεῖτο καὶ ὁ Σαβῖνος, καὶ μὴ εὑρισκόμενος, ἐλύπει τοὺς ἀπίστους. Τότε προσελθὼν εἷς πτωχός, ὁ πρὸς αὐτὸν ἀπερχόμενος, καὶ λαμβάνων τροφήν, εἶπε τοῖς εἰδωλολάτραις· τί μοι δίδοτε, κἀγὼ ὑποδείξω ὑμῖν ὃν ζητεῖτε Σαβῖνον. Οἱ δὲ ἔδωκαν αὐτῷ νομίσματα δύο. Καὶ ἀκολουθήσαντες αὐτῷ, καὶ ἐπιστάντες τῷ οἰκήματι, ἐκράτησαν τὸν Σαβῖνον, καὶ δήσαντες ἤγαγον πρὸς τὸν ἄρχοντα. Καὶ εἶπε πρὸς αὐ-

τὸν

τὸν ὁ ἄρχων· διὰ τί καταφρονεῖν τῶ προστάγματος τ̃ βασιλέων, ἐκ τ̃ μεγίστων Θεῶν, ἕτερον Θεὸν κηρύτῆεις ἀγνώριστον; Ο῾ δὲ εἰπὼν, ὅτι μᾶλλον ὃν ἐγὼ κηρύτῆω Θεὸν, ὀφείλεις καὶ συγγνωρίσαι, καὶ πιστεῦσαι αὐτῷ· τιμωρηθεὶς, ἐῤῥίφη ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ ἐτελειώθη.

dicas? Respondit Sabinus: Quia hunc quem prædico Deum, præ omnibus confiteri, eique credere te oportet. Itaque post tormenta in fluvium projectus, vitam finivit.

ΜΗΝΙ' ΤΩ̃ Α'ΥΤΩ̃

ΙΔ'.

Μνήμη τῶ ὁσίε πατρὸς ἡμῶν Ευχήμονος Ε'πισκόπε Λαμψάκε.

Ε'Υχήμων ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴς τῶ Χριςῶ, ἐκ βρέφες καλῶς καὶ ἐναρέτως αὐξηθεὶς, φίλος γέγονε τῶ Χριςῶ· καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον φθάσας, ναὸς ὑπῆρξε τῶ παναγίε Πνεύματος, τ̃ Α'γγελικὸν βίον ἑλόμενος, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐρανισάμενος. Α'λλὰ καὶ εἰς τὸ τῆς Α'ρχιερωσύνης ὕψος ἀνελθὼν, χάριτος ἐπληρώθη πνευματικῆς. Καὶ ζήλῳ θείῳ πυρωθεὶς, τὴν τ̃ Εἰκονομάχων κατέλυσεν αἵρεσιν. Ε'ποίησε δὲ καὶ θαύματα πολλὰ καὶ παράδοξα. Τεθνηκὸς γὰρ βρέφος, βασταζόμενον ὑπὸ τῆς μητρὸς καὶ κλαιούσης, ἐυξάμενος τῷ Θεῷ, πρὸς ζωὴν ἐπανήγαγε· καὶ θηρίοις ἀγρίοις φοβερὸς γέγονε. προστάξει γὰρ μόνῃ αὐτὰ ἀπεδίωκε τοὺς ἀγροὺς καταβλάπτοντα. Τῇ φυλακῇ δὲ παραδοθεὶς παρὰ τοῦ κρατοῦντος αἱρετικοῦ βασιλέως, ὡς προσκυνητὴς τ̃ ἁγίων εἰκόνων, προσκυνητὰς τ̃ ὀρθοδόξε πίστεως τοὺς αὐτὸν φυλάττοντας τῇ παρ' αὐτοῦ διδασκαλίᾳ πεποίηκεν. Εἰς ἐξορίαν δὲ ἀποσταλεὶς, ἐτελειώθη.

Καὶ Α'θλησις τ̃ ἁγίων Μαρτύρων Σατύρε, Σατερνίλε, Ρ'ευκάτυ, Περπετέας, καὶ Φιλικιτάτης ἐν τῇ Ρ'ώμῃ μαρτυρισάντων. Καὶ Α'λεξάνδρε τοῦ ἐν Πύδνῃ.

EODEM MENSE

Die Decima quarta. 14.

Commemoratio Sancti Patris nostri Euschemonis Episcopi Lampsaci.

διώκων, λέγων αὐτοῖς, ἐπειδὴ μέλλετε ἀποθανεῖν παρὰ τῶν ἀποκλεισάντων ὑμᾶς ἐν τῇ φυλακῇ ταύτῃ, κἂν διὰ τὸν Χριστὸν ἀποθάνετε, ἵνα τύχητε τῶν ἐκεῖθεν ἀγαθῶν. Γνωσθεὶς οὖν παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ κρατηθεὶς, μετὰ πολλὰς τιμωρίας καὶ κακώσεις, τῇ μαχαίρᾳ ἀπεσφάγη, καὶ οὕτω τελειωθεὶς πρὸς Χριστὸν ἐξεδήμησεν.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ὁσίου Στεφάνου τοῦ Ὁμολογητοῦ.

Στέφανος ὁ Ὁμολογητὴς τοῦ Χριστοῦ, ὢν ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου, μοναχὸς γενόμενος, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν κατορθώσας, δι' ἧς καὶ Ἡγούμενος γεγονὼς τῆς μονῆς Τριγλείας, παρακλήσει τῶν μοναχῶν, πολλοὺς διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ ὠφέλησε, καὶ καθαροὺς τῷ Θεῷ παρέστησεν. Ἀλλὰ μετὰ ταῦτα τοῦ ῥηθέντος δυσσεβοῦς βασιλέως αἵρεσιν κινήσαντος κατὰ τῶν ἁγίων, καὶ σεπτῶν εἰκόνων, καὶ διωγμὸν κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἀραμένου πικρὸν, προσκληθεὶς καὶ αὐτὸς, κατηναγκάζετο ἀρνήσασθαι τὴν προσκύνησιν τῶν ἁγίων εἰκόνων, καὶ ὑπογράψαι κατὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Καὶ μὴ πεισθεὶς τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλὰ μᾶλλον δυσσεβεῖς ἀποκαλέσας τοὺς εἰς τοῦτο αὐτὸν καταναγκάζοντας, πλεῖστα τιμωρηθεὶς πρότερον, καὶ φυλακαῖς προσομιλήσας, ἐξωρίσθη. Καὶ ἐν τῇ ἐξορίᾳ νοσήσας, πρὸς Κύριον, δι' ὃν τοὺς πολλοὺς, καὶ μακροὺς πόνους ὑπέστη, χαίρων ἐξεδήμησεν.

trusserunt, satagite, ut pro Christo moriamini, bona quæ illic reposita sunt, consecuturi. Agnitus itaque ab idololatris, atque captus, post multos cruciatus & ærumnas, gladio peremptus est: atque ita vitam finiens, ad Christum migravit.

Et certamen Sancti Stephani Confessoris.

Stephanus Christi Confessor, Leone Armeno imperante, monachus factus, cùm virtutibus omnibus esset ornatus, etiam præfectus monasterii Trigliæ, monachis rogantibus, creatus fuit, ubi plurimos suis institutionibus juvit, purosque Deo obtulit. Sed postea cùm præfatus impius Imperator hæresim adversus sacras venerandasque imagines movisset, sævamque persecutionem contra orthodoxos excitasset, accersitus & ipse adigebatur adorationem sanctarum imaginum ejurare, atque adversus orthodoxam fidem se subscribere. Quod cùm se facturum negasset, sed & impios appellaret, qui ad istud perpetrandum se compellebant, pluribus primum cruciaribus vexatus, & in custodia detentus, in exilium tandem deportatus est: atque in exilio morbo correptus, ad Dominum, pro quo multos diuturnosque labores exhauserat, lætus migravit. S. Stephanus Confess.

EODEM MENSE

28. Die Vigesima octava.

Certamen Sanctæ Matronæ ex Thessalonica.

S. Matrona Thessalonicen.

MAtrona Christi martyr ex urbe Thessalonica ortum ducens, Judææ cujusdam mulieris serva, virum habentis Stratopedarcham Thessalonicæ, sequens dominam suam usque ad Synagogam Judæorum, illuc tamen non ingrediebatur, sed regressa, abibat ad Christianorum ecclesiam, ibique orabat. Deprehensa igitur à domina sua, crudeliter verberatur, atque in custodiam detruditur, & multorum dierum inedia maceratur. Tum educta, flagris sævissimè cæditur, ut sic compelleretur Christum abnegare. Quod cùm se facturam negasset, rursus in custodiam conjicitur, in qua & spiritum Deo reddidit. Ejus reliquias è muro à domina ipsius projectas, Christiani sublatas, noctu sepelierunt. Postea verò Alexander Episcopus cùm intra urbem Thessalonicensem Sanctæ nomine ecclesiam condidisset, ibi eas deposuit.

Et certamen Sancti Apostoli Herodionis, unius ex Septuaginta.

S. Herodion Apost.

HErodion Christi Apostolus, unus ex septuaginta discipulis, sanctos Apostolos secutus, illos adjuvabat in Christi prædicatione, in omnibus ministrans eis, subjectusque tamquam Christi discipulus, ajentis: Qui vult primus omnium esse, fiat omnium servus, omniumque minister. Postea verò ab iis Episcopus urbis Novarum Patrarum ordinatus, multos Græcorum ad Dominum doctrina sua convertit. Invidentes autem Judæi, facta in ipsum unà cum idololatris conspiratione, comprehensum gravissimis cruciatibus vexarunt, alii quidem eum verberantes, alii saxis os ejus conterentes, alii lignis caput percutientes. Postremo, tamquam illustrem arietem, illum crudeles, impiæ, sanguinisque voraces feræ gladio cæciderunt. Atque ita beatam animam suam Domino tradidit, pro quo violentam mortem sustinuit.

Et

ΜΗΝΙ' ΤΩ̃ Α'ΥΤΩ̃

ΚΗ'.

Α'θλησις τῆς ἁγίας Ματρώνης τῆς ἀπὸ Θεσσαλονίκης.

ΜΑτρώνα ἡ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς ἦν ἐκ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης, δούλη γυναικος Ἰουδαίας, ἄνδρα ἐχούσης στρατοπεδάρχην Θεσσαλονίκης. Ἀκολουθοῦσα δὲ τῇ κυρίᾳ αὐτῆς μέχρι τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, ἐκεῖ μὲν οὐκ εἰσήρχετο, ὑποστρέφουσα δὲ ἀπήρχετο εἰς τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν, κἀκεῖ προσηύχετο. Διαγνωσθεῖσα δὲ παρὰ τῆς κυρίας αὐτῆς, τύπτεται ἰσχυρῶς, καὶ ἀποκλείεται ἐν τῇ φυλακῇ. Καὶ ἐπὶ πολὺ ἄσιτος διαμείνασα, πάλιν ἐξάγεται, καὶ μαστίζεται ἀφειδῶς, καὶ καταναγκάζεται ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Ὡς δὲ οὐκ ἐπείσθη, πάλιν ῥίπτεται εἰς φυλακὴν, ἐν ᾗ καὶ τὴν ψυχὴν ἀπέδωκε τῷ Θεῷ· ἧς τὸ λείψανον ἀπὸ τοῦ τείχους ἔρριψεν ἡ κυρία αὐτῆς. Ἀλλὰ οἱ Χριστιανοὶ ἀνελόμενοι νυκτὸς ἔθαψαν. Ὕστερον δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Ἐπίσκοπος ἔνδον τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης ἐκκλησίαν κτίσας ἐπ᾽ ὀνόματι τῆς ἁγίας, ἐκεῖ κατέθετο.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἡρωδίωνος, ἑνὸς τῶν Ο'.

ΗΡωδίων ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἀπόστολος, ὑπῆρχεν εἷς τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν. Ἀκολουθῶν δὲ τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις, συνήργει αὐτοῖς εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ κήρυγμα, δουλεύων αὐτοῖς ἐν ἅπασι, καὶ ὑποτασσόμενος ὡς Χριστοῦ μαθητὴς τοῦ εἰπόντος, ὁ θέλων εἶναι πάντων πρῶτος, ἔσω πάντων δοῦλος, καὶ πάντων διάκονος. Μετὰ ταῦτα δὲ ὑπ᾽ αὐτῶν ἐχειροτονήθη Ἐπίσκοπος πόλεως Νέων Πατρῶν, καὶ πολλοὺς ἐκ τῶν ἑλλήνων διδάσκων ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον. Φθονήσαντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐπισυστάντες ἐπ᾽ αὐτὸν μετὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, ἐκράτησαν αὐτὸν καὶ ἐβασάνισαν ἰσχυρῶς, οἱ μὲν τύπτοντες, οἱ δὲ λίθοις τὸ στόμα συντρίβοντες, ἄλλοι ξύλοις κατὰ κεφαλὴν παίοντες. Εἶτα μαχαίρᾳ ἀπέσφαξαν οἱ ἄνομοι, καὶ ἄγριοι, καὶ αἱμοβόροι θῆρες, ὥσπερ κριὸν ἐπίσημον. Καὶ οὕτω παρέδωκε τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν τῷ Κυρίῳ, δι᾽ ὃν τὸν βίαιον ὑπέστη θάνατον.

Καὶ

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἡσυχίου.

Ἡσύχιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχε μὲν τῶν Ἱεροσολύμων καὶ γέννημα καὶ θρέμμα· πᾶσαν δὲ γραφὴν εἰς ἄκρον ἐκμελετήσας, ἐπλούτησε γνῶσιν εἰς Θεόν. Διὸ καὶ ἀναχωρήσας, καὶ γενόμενος μοναχὸς, διέτριβεν ἐν ταῖς ἐρήμοις, ἀπερχόμενος πρὸς τοὺς ἐκεῖ ὁσίους πατέρας, καὶ παρ' ἑκάστου συλλέγων τὰ ἄνθη τῆς ἀρετῆς, ὡς φιλόπονος μέλισσα. Ἐπεὶ οὐκ ἦν δυνατὸν τοσαύτην λαθεῖν ἀρετὴν, βιασθεὶς παρὰ τοῦ τότε Ἀρχιερέως τῶν Ἱεροσολύμων, ἐχειροτονήθη πρεσβύτερος. Καὶ προσμένων τῷ τοῦ Κυρίου τάφῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις τόποις, ἐν οἷς τὰ ὑπὲρ ἡμῶν ἅγια πάθη ὑπέμεινεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἤντλει πηγὰς γνώσεως καὶ σοφίας. Ὅθεν καὶ πᾶσαν γραφὴν ἡρμήνευσέ τε, καὶ διεσάφησε, καὶ εἰς πολλῶν προέθηκεν ὠφέλειαν. Ἐντεῦθεν γενόμενος τοῖς πᾶσι περιβόητος, καὶ θαυμαστὸς, καὶ τὸν Θεὸν παντοίως θεραπεύσας, πρὸς αὐτὸν ἀνέδραμε χαίρων.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἱλαρίωνος Ἡγουμένου μονῆς τῆς Πελεκητῆς. Καὶ Μαρτίνου Ἐπισκόπου Ἀρεθουσίων. Καὶ Κυρίλλου Διακόνου.

Et commemoratio Sancti Patris nostri Hesychii.

Sanctus Pater noster Hesychius, Hierosolymis quidem & natus fuit & educatus; omnem verò Scripturam in summo culmine meditatus, scientia quæ ad Deum spectat, cumulatus est. Quapropter & Hierosolymis secedens, & monachus factus, vitam in eremo duxit, accedens ad sanctos, qui ibidem commorabantur Patres, & ab unoquoque eorum, instar laboriosæ apis, flores virtutum colligens. Cùm verò fieri non posset, ut tanta virtus lateret, vi adactus ab eo, qui tum Hierosolymorum Archiepiscopus erat, Presbyter ordinatus est. In Domini autem Sepulcro, aliisque locis, in quibus pro nobis Dominus noster Jesus Christus sanctam passionem sustinuit, permanens, exhausit fontes scientiæ & sapientiæ: unde & omnem Scripturam interpretatus est, ac dilucidè exposuit, atque ad multorum utilitatem proposuit. Qua de causa factus omnibus celeberrimus & admirabilis, cùm perfectissimè Deo serviisset, lætus ad eum accurrit. S. Hesychius Presb. Hierosol.

Et commemoratio Sancti Patris nostri Hilarionis Abbatis monasterii Pelecetes: necnon Martini Episcopi Arethusiorum: & Cyrilli Diaconi. S. Hilarion Abbas, & S. Martinus Episc. & Cyrillus Diaconus.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

ΚΘ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Ἰωνᾶ, καὶ Βαραχησίου.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ὑπῆρχον οὗτοι· μοναχοὶ δὲ ὄντες ἀπῆλθον εἰς Περσίδα, καὶ ἐν αὐτῇ κατακλείστους εὑρόντες τοὺς ἁγίους ἐννέα Μάρτυρας, παρεθάῤῥυνον αὐτοὺς πρὸς τοὺς ἀγῶνας. Κρατηθέντες δὲ ἤχθησαν πρὸς τοὺς Ἄρχοντας τῶν Περσῶν, εἰ καὶ κατηνάγκασαν αὐτοὺς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Καὶ μὴ πεισθέντες, δεσμεῖται πρῶτος ὁ Ἰωνᾶς νόμῳ Περσικῷ. Οἱ γὰρ Πέρσαι, ὃν τύψαι μέλλουσιν, εἰς γῆν καθίσαντες, ἐν ἑνὶ ξύλῳ χεῖρας καὶ πόδας ἀποδεσμοῦσιν αὐτοῦ· ὁ δὲ ὥσπερ λίθος ἀκίνητος δέχεται τὰς πληγάς. Τοῦτον οὖν τραχείαις

EODEM MENSE

Die Vigesima Nona. 29.

Certamen Sanctorum Jonæ & Barachisii.

Imperante Constantino Magno erant isti. Monachi autem cùm essent, abierunt in Persidem: & cùm ibidem reperirent novem sanctos Martyres carceri inclusos, eos ad fortiter certandum animarunt. Quare comprehensi, & ad Principes Persarum adducti sunt, à quibus adigebantur Christum abnegare. Sed cùm ad id faciendum nequaquam adduci possent, primus Jonas vinculis constringitur secundùm legem Persarum: solent enim Persæ, si aliquem verberibus excepturi sunt, illum in terram deponere, ejusque manus ac pedes vinculis alicui ligno adstringere. Ille verò, tamquam lapis immotus, plagas accepit, dum asperis virgis cæderetur: quem sanum invenientes, projecerunt foras, & glaciei concre- SS. Jonas, & Barachisius MM.

E tæ

tæ per totam noctem exposuerunt. Digitos deinde manuum ac pedum abscindunt, ipsumque in cochlea compressum, serra medium secant, & in lacum projiciunt: atque ita finem vivendi fecit. Barachisius autem nudus per spinas tractus, & in cochleam conjectus, cùm in ejus guttur pix ebulliens infusa esset, vitam consummavit.

χείαις ῥάβδοις τύψαντες ἔσυρον, καὶ ἔρριψαν ἔξω ἐν τῷ πάγῳ δι' ὅλης τῆς νυκτός. Εἶτα τέμνεται τοὺς δακτύλους τῶν χειρῶν, καὶ τῶν ποδῶν, καὶ κατασφίγγουσιν αὐτὸν ἐν συρακίῳ. Εἶτα πρίζουσι μέσον, καὶ ῥίπτουσιν εἰς λάκκον, ἔνθα καὶ ἐτελειώθη. Ὁ δὲ Βαραχήσιος συρεὶς γυμνὸς ἐν ἀκάνθαις, καὶ ἐν τῷ συρακίῳ βληθεὶς, καὶ κατὰ τοῦ φάρυγγος πίσσαν βράζουσαν ἐπιχυθεὶς, ἐτελειώθη.

Et commemoratio Sancti Acacii Confessoris.

S. Acacius Confess. Sanctus Pater noster Acacius Confessor Christi vixit iniquo Decio imperante. Cùm autem Christum prædicaret, ab idololatris est comprehensus: vinctusque ad Marcianum regionis præfectum adductus fuit, cui adstans, nomen Domini confessus est: disseruitque de divinitate, deque Christi dispensatione, & de Cherubim atque Seraphim: Græcorum autem risit Deos, eorumque errorem arguit. Quare gravissimè tortus, in carcerem est conjectus. Commentaria interim de eo ad Decium Imperatorem Marcianus transmisit, qui mandavit, ut Sanctus absque injuria & cruciatu dimitteretur. Hunc in modum dimissus, Christi stigmata in carne sua circumferens, pluresque illuminans, & ad Christi gregem deducens, miraculis & doctrinis oppido clarus, in pace requievit.

S. Eustath. Episc. Bithyniæ. Et memoria Sancti Patris nostri Eustathii Episcopi Bithyniæ.

Καὶ Μνήμη τοῦ ἁγίου Ἀκακίου τοῦ Ὁμολογητοῦ.

Ἀκάκιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, καὶ Ὁμολογητὴς τοῦ Χριστοῦ, ἦν ἐπὶ Δεκίου τοῦ παρανόμου βασιλέως· κηρύττων δὲ τὸν Χριστὸν ἐκρατήθη παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ δεθεὶς προσήχθη Μαρκιανῷ τῷ τῆς χώρας ὑπάτῳ· καὶ παραστὰς ὡμολόγησε τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου, καὶ διεξῆλθε περὶ τῆς θεότητος, καὶ περὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τῶν Χερουβὶμ, καὶ τῶν Σεραφίμ· ἐστηλίτευσε δὲ καὶ ἐχλεύασε καὶ τοὺς θεοὺς τῶν ἑλλήνων, καὶ τὴν πλάνην αὐτῶν. Ὅθεν βασανισθεὶς ἰσχυρῶς, ἐν φυλακῇ κατεκλείσθη. Τὰ δὲ περὶ αὐτοῦ ὑπομνήματα Μαρκιανὸς ἀνήγαγε Δεκίῳ τῷ βασιλεῖ· ὅστις ἐκέλευσεν ἀπολυθῆναι τὸν ἅγιον ἀνύβριστον, καὶ ἀτιμώρητον. Καὶ οὕτως ἀπολυθεὶς, τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ περιφέρων ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, καὶ πολλοὺς φωταγωγήσας καὶ ἀγαγὼν εἰς τὴν ποίμνην τοῦ Χριστοῦ, ἐν θαύμασι καὶ διδάγμασι καλῶς διαπρέψας, ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Εὐσταθίου Ἐπισκόπου Βιθυνίας.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ ΑΥ'ΤΩ͂

Α'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρκου Ἐπισκόπου Ἀρεθουσίων.

ΕΠῚ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου πλατύνοντος τοῦ Χριστιανισμοῦ, Μάρκος ὁ Ἐπίσκοπος Ἀρεθουσίων εἰδωλικὸν ναὸν καταβαλὼν, ἐκκλησίαν ἔκτισεν. Ἐπεὶ δὲ ὁ μέγας ἐτελεύτησε Κωνσταντῖνος, Ἰουλιανὸς δὲ ὁ Ἀποστάτης, συγχωρήσει Θεοῦ, τῆς βασιλείας ἐκράτησεν, ἀναθαῤῥήσαντες οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ δι' ὀργῆς ἔχοντες τὸν ἅγιον Μάρκον, ἐκράτησαν αὐτὸν, καὶ χοινίοις τοὺς πόδας δήσαντες, ἔσυρον τύπτοντες, καὶ ποτὲ μέλιτι, καὶ γάρῳ χρίσαντες, ἐκρέμασαν ἐν χοινίοις ἐφ' ὕψους, θέρους ὄντος καὶ καύματος, πρὸς τὸ καταβρωθῆναι ὑπὸ τῶν μελισσῶν. Ὡς δὲ εἶδον αὐτὸν ἀνένδοτον ὄντα, μεταβληθέντες ἀπέλυσαν τῆς τιμωρίας αὐτὸν, καὶ τοῦ λοιποῦ εἶχον ὡς διδάσκαλον, εἰς θαῦμα θέντες τὴν αὐτοῦ καρτερίαν, καὶ συγγνώμην ἐξαιτησάμενοι. Εἶτα ἐπιβιοὺς, καὶ τὸ ποίμνιον τὸ ὑπόλοιπον τῆς ζωῆς αὐτοῦ καλῶς ἰθύνας, ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ ἀνεπαύσατο.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων Κυρίλλου Διακόνου, καὶ ἑτέρων πολλῶν.

ΚΥ'ριλλος ὁ Διάκονος ἦν ἐν Φοινίκῃ τῇ πόλει· ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου πολλὰ τῶν εἰδώλων συνέτριψε, κρατηθεὶς ἐπὶ Ἰουλιανοῦ παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, βίαιον ὑπέστη θάνατον. Τὴν γὰρ γαστέρα αὐτοῦ διαῤῥήξαντες, τὸ ἧπαρ αὐτοῦ κατέφαγον, καὶ τοῦ αἵματος, ὡς κύνες, ἀπεῤῥόφησαν, καὶ παραυτίκα ἔπεσον οἱ ὀδόντες αὐτῶν, καὶ αἱ γλῶσσαι ἐσάπησαν, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐτυφλώθησαν. Ὁ δὲ Μάρτυς τελειωθεὶς ἀπῆλθε χαίρων ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Κατ' ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν καὶ ἐν Ἀσκάλωνι τῇ πόλει, καὶ ἐν Γάζῃ οἱ εἰδωλολάτραι κρατήσαντες πλῆθος Χριστιανῶν, παρθένων, γυναικῶν, καὶ μοναζουσῶν, καὶ ἱερωμένων ἀνδρῶν, καὶ τὰς κοιλίας αὐτῶν μαχαίραις διασχίσαντες, ἔβαλον κριθὰς, καὶ προέθηκαν τοῖς χοίροις εἰς βρῶσιν. Καὶ τὰ μὲν σώματα τοιαύτας ὑπέμενον τιμωρίας, αἱ δὲ ἅγιαι αὐτῶν ψυχαὶ ἐναπετέθησαν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.

Καὶ

EODEM MENSE

Die Trigesima. 30.

Certamen Sancti Marci Episcopi Arethusiorum.

CUM Christiana religio Constantino Magno imperante sese latè diffunderet, Marcus Arethusiorum Episcopus everso idolorum fano ecclesiam construxit. Postquam verò Magnus obiit Constantinus, & Julianus apostata, Dei permissu, imperium tenuit, confidentiores effecti idololatræ, autea etiam Marco infensi, ipsum comprehenderunt; alligatisque reste pedibus trahentes verberabant: mox melle & garo unctum, funibusque è sublimi suspensum, fervente æstate & æstu, apibus devorandum exposuerunt. At cùm inexpugnabilem & invictum cernerent, mutato consilio, tormentis subtractum, liberum dimiserunt: & deinceps doctoris loco habuerunt, miraculum ejus patientiam arbitrati, veniam etiam facti poscentes. Cùm per hunc modum mortem evasisset, & gregem reliquo vitæ suæ tempore bene gubernasset, in profundissima senectute requievit.

S. Marcus Episc. Arethus.

Et certamen Sanctorum Cyrilli Diaconi, & aliorum plurium.

CYrillus Diaconus in quadam Phœniciæ urbe fuit: & quoniam etiam ipse tempore Constantini Magni multa idola contriverat, captus Juliano imperante ab idololatris, violentam sustinuit mortem. Secto namque ejus ventre, hepar vorarunt, cruoremque, canum adinstar, hauserunt: continuoque eorum dentes conciderunt, & linguæ contabuerunt, oculique cæcati sunt. Martyr verò consummato certamine in cœlum lætus ascendit. Per eos itidem dies in urbibus Ascalone, & Gaza idololatræ ingentem Christianorum, virginum, feminarum, monachorum, Deoque sacratorum virorum turbam ceperunt: ferroque dissectis eorundem ventribus, hordeoque oppletis, porcis vorandos præbuerunt. Et corpora quidem hos tulere cruciatus; sanctæ verò animæ ad manus Dei viventis evolarunt.

S. Cyrillus Diaconus, & alii.

Et commemoratio Sancti Patris nostri Joannis Climaci.

S. Joannes Climacus. SAnctus Pater noster Joannes Climacus cùm sextum decimum annum ageret, ascendit in montem Sina, & seipsum Deo sanctissimum sacrificium obtulit: & post decimum nonum annum solitudini se tradidit, quinto lapide à Basilica monasterii, in loco, cui Tholas nomen fuit. Quadraginta annos exegit in amore desiderioque serviendi Deo, jejuniis, fletibus, & orationibus addictus; somno verò tantum indulsit, ne perviglio substantia mentis corrumperetur. Hunc in modum cùm se in omni virtutum genere exercuisset, vitamque suam optime traduxisset, & omnes monachos, qui in monte illo Deo militabant, longè in virtute superasset; maximis donis, & contemplationibus rerum divinarum à Deo illustratus est. Multos sermones ad animarum utilitatem conscripsit, & librum composuit, Scalam cognominatum, quod virtutum ascensum ex ordine tradat: ac tandem vitam finivit.

Et certamen Sanctorum triginta octo Martyrum.

38 martyres. IMperante impio Diocletiano militabant sancti isti triginta & octo Martyres in regione Cappadocum: qui cùm gloriosam sanctorum Quadraginta Christi Martyrum pugnam intellexissent, quomodo devicto diabolo ob præclarum certamen essent coronati; etiam ipsi zelo incensi, projectis coram Præside armis, magna voce Christum verum Deum, & seipsos veros ejus servos confessi sunt. Tùm vero comprehensi, vestibusque nudati, adeo carnibus percussione virgarum sunt excoriati, ut vix apparerent humanam adhuc speciem habere. Deinde absque ulla de illis cura in carcerem conjecti, pauloque post inde foras extracti, manibus post tergum revinctis, ac capitibus ob alligata collaria aggravatis, ad Præsidem adducti sunt: & quod sancto proposito suo generosè inhærerent, atque ad gloriosam pro Christo mortem anhelarent, mandato Præsidis sunt capite plexi.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ τῆς Κλίμακος.

ὉΈν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης ὁ τῆς Κλίμακος, δέκα ἓξ χρόνων ὑπάρχων, προσέφερεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ θῦμα ἱερώτατον, ἐν τῷ Σιναίῳ ὄρει ἀνελθών, καὶ μετὰ δέκα ἐννέα χρόνους ἐξέδωκεν ἑαυτὸν ἐν ἡσυχίᾳ, ἀπὸ σημείων πέντε τοῦ Κυριακοῦ μοναστηρίου ἐν τόπῳ Θωλᾶ λεγομένῳ. Τεσσαράκοντα ἔτη πληρώσας ἐν τῷ πόθῳ τοῦ Θεοῦ, νηστεύων, καὶ κλαίων, καὶ προσευχόμενος· ὕπνου δὲ μετελάμβανεν, ὅσον τὴν τοῦ νοῦ οὐσίαν τῇ ἀγρυπνίᾳ μὴ λυμαίνεσθαι. Οὕτως τοίνυν πᾶσαν ἀρετὴν ἐξασκήσας, καὶ καλῶς πολιτευσάμενος, καὶ πάντας τοὺς ἐν ἐκείνῳ τῷ ὄρει ἀγωνιζομένους διὰ τὸν Θεὸν μοναχοὺς νικήσας εἰς ἀρετήν, καὶ μεγίστων δωρεῶν, καὶ θεωριῶν ἀξιωθεὶς παρὰ τοῦ Θεοῦ, πολλούς τε λόγους ψυχωφελεῖς συγγράψας, καὶ βίβλον συνθείς, τὴν ἐπονομασθεῖσαν Κλίμακα, διὰ τὴν κατὰ τάξιν τῶν ἀρετῶν ἀνάβασιν, ἐτελεύτησεν.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων Τριάκοντα ὀκτὼ Μαρτύρων.

ἘΠῚ τῆς βασιλείας τοῦ παρανόμου Ἰουλιανοῦ ἐστρατεύοντο οὗτοι οἱ ἅγιοι τριάκοντα καὶ ὀκτὼ Μάρτυρες ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Καππαδόκων. Καὶ ἀκούσαντες τὴν καλὴν ἔνστασιν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα τοῦ Χριστοῦ Μαρτύρων, καὶ ὅπως ἠγωνίσαντο νικήσαντες τὸν διάβολον, καὶ στεφανωθέντες, ἐζήλωσαν καὶ αὐτοί, καὶ ῥίψαντες τὰ ὅπλα ἔμπροσθεν τοῦ Ἡγεμόνος, μεγάλῃ φωνῇ τὸν μὲν Χριστὸν Θεὸν ἀληθινὸν ὡμολόγησαν, ἑαυτοὺς δὲ ἀληθεῖς δούλους αὐτοῦ. Τότε κρατηθέντες, καὶ γυμνωθέντες, τοσοῦτον τὰς σάρκας κατεξάνθησαν ταῖς ἐπιφοραῖς τῶν ῥάβδων, ὡς μόλις χαρακτηρίζεσθαι ἀνθρώπων ἔχειν ἰδέας. Εἶτα φυλακῇ ἐναπερρίφθησαν ἀνεπιμέλητοι· καὶ μετὰ μικρὸν ἑλκυσθέντες ἔξω δεδεμένοι χεῖρας εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὰς κεφαλὰς κλοιοῖς βαρυνόμενοι, παρέστησαν τῷ Ἡγεμόνι· καὶ τῆς καλῆς ἐνστάσεως ἔτι ἐχόμενοι, καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ διψῶντες θάνατον, προστάξει τοῦ Ἡγεμόνος ἀπεκεφαλίσθησαν.

Καὶ Μνήμη τοῦ ἁγίου Προφήτου Ἰωδάδ.

ΟΤε ἀπεστάτησεν Ἱεροβοὰμ ὁ δοῦλος Ῥοβοὰμ τοῦ υἱοῦ Σολομῶντος μετὰ τῶν δέκα φυλῶν, τῶν ἐκ τοῦ Ἰούδα καὶ τοῦ Βενιαμὶν, καὶ ἀθετήσας τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, ἐποίησε τὰς χρυσᾶς δαμάλεις, καὶ προσεκύνησεν αὐτὰς ὡς θεοὺς μετὰ τοῦ ὑπ᾽ αὐτοῦ λαοῦ, ἀπεστάλη οὗτος ὁ προφήτης ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐλέγξαι αὐτόν. Ἀπελθὼν οὖν ἤλεγξεν. Ὁ δὲ Ἱεροβοὰμ ἁπλώσας τὴν χεῖρα τύψαι αὐτὸν, κατεῖδεν αὐτὴν ξηρὰν, καὶ μεταμεληθεὶς ἠξίωσε τὸν προφήτην θεραπεῦσαι αὐτὴν, καὶ τοῦτο ποιήσαντα παρεκάλεσε φαγεῖν ἄρτον. Μὴ πεισθέντα δὲ, τοῦτο γὰρ εἶχε πρόσταξιν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὑπέστρεψεν. Καὶ συναντήσας αὐτῷ ψευδοπροφήτης τις, ἠνάγκασεν αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ φαγεῖν ἄρτον. Καὶ διὰ τὴν τοιαύτην παράβασιν συναντήσας αὐτῷ λέων καθ᾽ ὁδὸν, ἐθανάτωσεν αὐτόν. Καὶ τοῦτο μαθὼν ὁ ψευδοπροφήτης, ἀπελθὼν καὶ λαβὼν τὸ λείψανον αὐτοῦ ἔθαψεν.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Πατριάρχου Ἱεροσολύμων.

Et commemoratio Sancti Jodad Prophetæ.

CUM Jeroboam servus Roboam filii Salomonis unà cum decem tribubus defecisset à tribubus Juda, & Benjamin, ac rejecto Deo vero fecisset vitulos aureos, eosque cum universo populo suo adoraret; missus est hic propheta, ut eum ex parte Dei reprehenderet. Venit igitur, & reprehendit. Jeroboam verò extendit manum, ut eum verberaret; sed conspexit eam aridam. Mox pœnitentia ductus, meruit, ut propheta eam sanaret. Quod cùm fecisset, adhortatus est, ut panem comederet: sed non potuit ad id eum inducere: quia erat illud à Deo inhibitum. Revertenti verò occurrit ei quidam pseudo-propheta, & coëgit eum ingredi in domum suam, & panem manducare. Propter quam transgressionem occurrens ei leo in via, occidit eum. Quod ubi scivit pseudo-propheta, abiit, & acceptas ejus reliquias sepelivit. S. Jodad Propheta.

Et commemoratio sancti Patris nostri Joannis Patriarchæ Hierosolymorum. S. Joannes Patr. Hierosol.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

ΛΑ΄.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἀβδᾶ Ἐπισκόπου, καὶ Βενιαμὶν Διακόνου.

ΟΥτος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ ἐν Περσίδι· καὶ ἐπεὶ κατέλυσε τὸν ναὸν τοῦ Πυρὸς, ἐκρατήθη, καὶ προσήχθη τῷ βασιλεῖ. Καὶ πρῶτον μὲν μετὰ πραότητος παρεκάλει αὐτὸν ἀνοικοδομῆσαι τὸν ναόν· τοῦ δὲ ἀδύνατον εἶναι λέγοντος, πάσας τὰς ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν ἀποστείλας κατέλυσε. Καὶ λαβόντος ἀρχὴν τοῦ κατὰ τῶν Χριστιανῶν διωγμοῦ, πᾶσα ἡλικία διαφόροις τιμωρίαις ἐξεθερίζετο, ὧν πρῶτος ξίφει ἐτελειώθη ὁ ἱερώτατος Ἀβδᾶς. Ἔπειτα ἐν ὅ-

EODEM MENSE


Die Trigesima prima. 31.

Certamen Sanctorum Martyrum Abdæ Episcopi, & Benjamini Diaconi.


HIC Theodosio juniore imperante floruit in Perside. Postquam autem templum Ignis evertit, comprehensus est, & ad Regem adductus: qui primo quidem magna cum lenitate illum adhortatus est, ut templum reædificaret. Sed cùm is fieri id non posse dixisset, misso mandato omnes Christianorum ecclesias destruxit. Hinc verò initium accepit persecutio adversus Christianos, qua omnis fidelium ætas variis tormentis sublata est: quorum primus sanctissimus Abdas gladio vitam finivit. Deinde per annos integros triginta multi claruere martyres, ex quibus erant SS. MM. Abdas Episc. & Beniaminus Diaconus.

erant viri locupletes, qui post varios cruciatus capite plexi sunt. Tunc etiam Beniamin Diaconus, postquam viginti acutas arundines inter ungues infixas accepisset, aliamque in membrum genitale immissam, virgam quoque crassam ac nodosam in imam sedem intrusam; beatum spiritum tradidit.

ἐν ὅλοις τριάκοντα ἔτεσι πολλοὶ Μάρτυρες ἀπεδείχθησαν, ἐξ ὧν ἦσαν ἄνδρες πλούσιοι, οἳ καὶ μετὰ πολλὰς τὰς βασάνους ἀπεκεφαλίσθησαν. Καὶ Βενιαμὶν ὁ Διάκονος, ὃς καλάμους ὀξεῖς εἴκοσι κατὰ τῶν ὀνύχων δεξάμενος, καὶ ἄλλον κάλαμον κατὰ τοῦ παιδογόνου μορίου, καὶ ῥάβδον παχεῖαν καὶ τραχεῖαν κατὰ τῆς ἕδρας, τὸ μακάριον αὐτοῦ πνεῦμα παρέθετο.



ME-



MENOLOGII GRÆCORUM
MENSIS APRILIS.

ΜΗΝΙ ΑΠΡΙΛΛΙΩ

Ἐν τῇ Πρώτῃ.

Μνήμη τῆς Ὁσίας Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας.



Ὁσία μήτηρ ἡμῶν Μαρία πόρνη πρότερον ἦν, πολλὰς ψυχὰς νέων ἀπολέσασα διὰ τῆς κατὰ μίξιν ἡδονῆς, ἐπὶ χρόνοις δέκα ἑπτὰ ἐν Αἰγύπτῳ τῇ πορνείᾳ προσμείνασα. Ὕστερον ἔδωκεν ἑαυτὴν τῷ Θεῷ τρόπῳ τοιούτῳ. Ἀπερχομένων τινῶν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, προσκυνῆσαι τὸν τίμιον σταυρὸν, ἀπῆλθε καὶ αὐτή· καὶ ὑπὸ Ἀγγέλου κωλυθεῖσα εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, καὶ προσκυνῆσαι τὸ τίμιον ξύλον, ἐλυπήθη. Καὶ ὑποσχομένη δουλεῦσαι τῷ Θεῷ, συνεχωρήθη τὴν εἴσοδον. Τότε συνταξαμένη τῇ Θεοτόκῳ, διεπέρασε τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἠγωνίσατο ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπὶ χρόνοις τεσσαράκοντα ἑπτὰ, μηδένα τῶν ἀνθρώπων ἰδοῦσα. Ἀλλ' ὁ Θεὸς θέλων φανερῶσαι

αὐτὴν

MENSE APRILI

Die Prima. I.

Memoria Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ.



Ancta mater nostra Maria, meretrix primum fuit, multas juvenum animas in via voluptatis perdens, ac per annos septemdecim in Ægypto nefandum sui corporis quæstum exercendo perseverans. Postea verò seipsam Deo dedit hunc in modum. Quibusdam Hierosolyma abeuntibus, ut venerandam crucem adorarent, abiit & ipsa. Sed ab Angelo probibita templum ingredi, & sacrosanctum lignum adorare, contristata est. Cùm verò Deo se famulaturam spopondisset, ingressum obtinuit. Tunc jubente Deipara Jordanem transiit, ac per annos quadraginta septem in eremo decertavit, nullum unquam hominem videns. Volens autem Deus illam manifestare, disposuit, ut sanctus Zosimas eremum ingrederetur: qui ab ea arcanam de rebus suis narrationem exciperet, regressusque, S. Maria Ægyptiaca.

(quip-

(quippe qui Jordanem super aquas ambulans trajiciebat,) divinam Communionem afferret, eamque ipsi porrigeret; rursumque illam conveniens, mortuam inveniret, ac ejus nomen in testa conscriptum legeret, ipsamque adjuvante Leone sepeliret.

αὐτὴν, παρεσκεύασεν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἔρημον τὸν ὅσιον Ζωσιμᾶν, τὸ καὶ τὴν ἐξαγόρευσιν αὐτῆς δεξάμενον. Καὶ ὑποστρέψαντα, καὶ ἀναγόντα τὴν θείαν Κορωνίαν, καὶ κοινωνήσαντα αὐτήν. (Ὅτε καὶ τὸν Ἰορδάνην ἐπέρασε ἐπάνω τῶν ὑδάτων.) Καὶ ὕστερον νεκρὰν εὑρόντα αὐτὴν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς γεγραμμένον εἰς κέραμον, καὶ θάψαντα αὐτὴν, βοηθήσαντος τοῦ λέοντος.

EODEM MENSE

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

2. Die Secunda.

Β'.

Certamen Sanctorum Martyrum Apphiani & Ædesii.

SS. Apphianus, & Ædesius MM.

Apphianus, & Ædesius Christi martyres, ex matre fratres, Maximiano imperante, ex Lydiæ regione ortum duxerunt. Cùm autem Berytum venissent, Christi fidem à Pamphylo martyre edocti sunt. Unde comprehensi, ad Præsidem civitatis adducti fuerunt. Et primum quidem Apphianus palam & liberè Christum prædicans, in facie percussus fuit, atque in terram corruens, militum pedibus proculcatus est: lignoque suspensus, calcium ictibus tumefactus fuit, & disruptus. Permanens autem adhuc constanter in Christi confessione, in profundum maris projectus, ibi vitam absolvit. At verò Ædesius condemnatus, ut in æreis metallis effodiendis puniretur, missus est Alexandriam: ubi cùm quadam die urbis Præsidem vidisset acriter in Christianos desævientem, accurrens illum virga percussit. Unde multis prius cruciatibus vexatus, in mare demum demersus, martyrium consummavit.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἀπφιανοῦ, καὶ Αἰδεσίου.

Ἀπφιανὸς, καὶ Αἰδέσιος οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ· ἐκ μητρὸς μὲν ἀδελφοὶ, ἐκ τῆς Λυδίας δὲ χώρας ὁρμώμενοι. Εἰς Βηρυτὸν δὲ γενόμενοι, ὑπὸ τοῦ Μάρτυρος Παμφίλου, τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐδιδάχθησαν. Ὅθεν κρατηθέντες παρέστησαν τῷ τῆς πόλεως Ἄρχοντι. Καὶ ὁ μὲν Ἀπφιανὸς πρῶτον κηρύξας τὸν Χριστὸν παῤῥησίᾳ, πληγὰς κατὰ τοῦ προσώπου ἐδέξατο. Καὶ τοῖς τῶν στρατιωτῶν ποσὶν ἐπὶ γῆς πεσὼν, καταπατηθεὶς, καὶ ἐπικρεμασθεὶς, ἐκ τῶν λακτισμάτων ὠγκώθη καὶ διεῤῥάγη. Ἐπιμένων δὲ τῇ εἰς Χριστὸν ὁμολογίᾳ, τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης ἐναπεῤῥίφη, καὶ ἐν αὐτῷ ἐτελειώθη. Ὁ δὲ Αἰδέσιος καταδικασθεὶς τιμωρεῖσθαι ἐν τοῖς τοῦ χαλκοῦ μετάλλοις, ἐπέμφθη εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Καὶ ἐν μιᾷ ἰδὼν τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας Ἄρχοντα, τοὺς ἐκεῖ Χριστιανοὺς τιμωροῦντα, δραμὼν ἔπληξεν αὐτὸν μετὰ ῥάβδου, ὅθεν πολλὰ βασανισθεὶς, καὶ τὸ ὕστερον ἐν τῷ τῆς θαλάσσης πελάγει ῥιφεὶς, ἐτελειώθη.

Et certamen Sancti Martyris Polycarpi.

S Polycarpus Martyr.

Hic etiam sanctus Polycarpus Christi martyr fuit, imperante impio & iniquo Maximiano, ex civitate Alexandria. Cùm verò Christianus esset, & maximo in Deum zelo flagraret, videretque per singulos dies Christi fidem confitentes comprehendi, & multiplicibus tormentis affligi, non potuit id amplius perferre. Unde sedentem pro tribunali Præsidem cernens, hominum sanguinem velut aquas effundentem, coram ipso consistens, redarguit eum, dicens: Quid ita humanæ naturæ oblivisceris, canis insatiabilis? dum homines,

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Πολυκάρπου.

Καὶ οὗτος ὁ ἅγιος Πολύκαρπος ἦν τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ δυσσεβοῦς καὶ παρανόμου Μαξιμιανοῦ, ἐκ τῆς πόλεως Ἀλεξανδρείας. Χριστιανὸς δὲ ὢν, καὶ ζῆλον ἔχων πολὺν πρὸς Θεὸν, καὶ θεωρῶν καθεκάστην ἡμέραν τοὺς τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντας κρατουμένους, καὶ διαφόροις βασάνοις ἐξεταζομένους, οὐχ ὑπέμεινεν· ἀλλὰ προκαθήμενον τὸν Ἄρχοντα ἰδὼν, καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων αἵματα ὥσπερ ὕδατα ἐκχέοντα, σταθεὶς εἰς πρόσωπον αὐτοῦ,

αὐτοῦ, ἔλεγξεν αὐτὸν εἰπών· ἵνα τί τοσοῦτον ἐπελάθου τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, κύων ἀκόρεστε, ὅτι τοὺς ὁμογενεῖς καὶ ὁμοφύλους ἀνθρώπους κατακόπτεις ὡς ξύλα τοῖς ξίφεσι, διότι τὸν ἀληθινὸν Θεὸν κηρύττουσι, καὶ τὴν πλάνην τῶν εἰδώλων ἐλέγχουσι, καθὼς καὶ ἐγὼ δοῦλος Χριστοῦ ὑπάρχων; Ὅθεν εἰς ὀργὴν κινήσας τὸν Ἄρχοντα, κρατηθεὶς ἐτιμωρήθη ἰσχυρῶς· καὶ τὸν Χριστὸν διὰ στόματος φέρων μέχρι τέλους, ἀπεκεφαλίσθη.

mines, qui tecum ejusdem generis, ejusdemque sunt naturæ, tamquam ligna, gladiis disſecas, eo quod verum Deum prædicant, & idolorum errorem deteſtantur: ut & ego facio, qui servus Chriſti ſum. Quapropter cùm in iram excitaſſet Præſidem, comprehenſus, crudeliter excruciatus eſt: Chriſtumque uſque ad vitæ finem in ore ferens, capite obtruncatus fuit.

ΜΗΝΙ ΤΩ͂ ΑΥ̓ΤΩ͂

EODEM MENSE

Γ΄.

Die Tertia. 3.

Ἄθλησις τῆς ἁγίας Μάρτυρος Θεοδοσίας τῆς παρθένου.

Θεοδοσία ἡ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως Τύρου, ὀκτὼ δὲ καὶ δέκατον ἄγουσα τῆς ἡλικίας χρόνον, ἐπεὶ Χριστιανὴ ἦν, κρατηθεῖσα παρέστη τῷ τῆς χώρας Παλαιστίνης ἄρχοντι, καὶ ἐρωτηθεῖσα ὡμολόγησε τὸν Χριστόν. Ὅθεν ἐτύφθη κατὰ τῶν πλευρῶν, καὶ τῶν μαζῶν, καὶ κατηναγκάσθη ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Μὴ πεισθεῖσα δὲ, ἀπεκλείσθη ἐν τῇ φυλακῇ, παραγγελίαν δεξαμένου τοῦ δεσμοφύλακος, μὴ μόνον ἀσφαλῶς φυλάττεσθαι αὐτὴν, ἀλλὰ μηδὲ πρὸς ἐπίσκεψιν αὐτῆς εἰσέρχεσθαί τινα, ἢ κομίζειν αὐτῇ τὰ πρὸς βρῶσιν, ἕως οὗ ἀρνήσηται τὸν Χριστὸν, καὶ θύσῃ τοῖς λεγομένοις θεοῖς. Μετὰ δὲ πολλῶν ἡμερῶν παραδρομὴν, πάλιν ἐξελθοῦσα τῆς φυλακῆς, καὶ ἀναγκασθεῖσα θῦσαι τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι, καὶ μὴ ἀνασχομένη ἀκοῦσαι τοῦτο, ἐτιμωρήθη ἀφειδῶς πρότερον, εἶτα ῥιφεῖσα ἐν τῇ θαλάσσῃ, παρέδωκε τῷ Κυρίῳ τὸ πνεῦμα αὐτῆς.

Certamen Sanctæ Theodoſiæ Virginis & Martyris.

Theodoſia Chriſti martyr fuit ex civitate Tyri. Cùm autem decimum octavum ſuæ ætatis annum ageret, quod Chriſtiana eſſet, comprehenſa, ad Præſidem Palæſtinæ adducta fuit: & interrogata, Chriſtum confeſſa eſt. Quapropter in lateribus & uberibus percuſſa fuit. Juſſa verò Chriſtum negare, & idolis ſacrificare, cùm ad id ſuaderi non poſſet, detruſa eſt in carcerem: mandarumque fuit carceris cuſtodi, ut non modo ipſam diligenter cuſtodiret; ſed etiam ne quempiam ad eam viſitandam, aut cibum ei afferendum ingredi permitteret, quouſque Chriſtum negaret, aſſertiſque diis ſacrificaret. At multis jam diebus elapſis, è carcere educta, cùm denuo impuris dæmonibus ſacrificare cogeretur, idque nec audire vellet, primum quidem acriter cruciata eſt: deinde in mare projecta, ſuum Domino reddidit ſpiritum. S. Theodoſia V. & M.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων γυναικῶν, Εἰρήνης, Ἀγάπης, καὶ Χιονίας.

Εἰρήνη, Ἀγάπη, καὶ Χιονία, αἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ, ἐκ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης· διὰ δὲ τὸν διωγμὸν κατέλιπον πάντα, καὶ ἀνῆλθον ἐν ὄρει τινὶ, καὶ ἡσύχαζον, νηστεύουσαι, καὶ τῷ Θεῷ προσευχόμεναι. Ἀλλὰ καταμηνυθεῖσαι, ἐκρατήθησαν, καὶ παρέστησαν τῷ Ἄρχοντι, καὶ ὑπ' ἐκείνου ἀναγκασθεῖσαι ἀρνήσασθαι

ἀρνήσασθαι

Et certamen Sanctarum mulierum Irenes, Agapes, & Chioniæ.

Irene, Agape, & Chionia Chriſti martyres fuerunt, Imperatore Maximiano, ex civitate Theſſalonica. Cùm autem ob perſecutionem omnia reliquiſſent, in montem quemdam receſſerunt, & ibidem quietam vitam agebant, jejunantes, ac Deo preces aſſiduè offerentes. Verùm detectæ, ac comprehenſæ, ad Præſidem adductæ fuerunt: à quo Chriſtum negare juſſæ, minimè aſſenſerunt. Quapropter Agapen quidem, & Chioniam igne ſuſtulit. Sanctæ Irene, Agape, & Chionia MM.

F Ire-

Irenem verò inveniens sacros libros habentem, quos sanctæ mulieres legere consueverant; illos quidem igne combussit; ipsam verò deferri jussit in lupanar, ut ab impudicis pollueretur. Sed Dei gratia protecta, servata est illibata, nemine ad eam accedere audente. Quod cùm Præses intellexisset, denuo illam coram se adduci jussit, urgens, ut Christum desereret. At cùm id facere renuisset, etiam ipsam igni tradidit. Atque ita consummatæ tres Christi martyres, regnum cœlorum adeptæ sunt.

σθαι ϯ Χριςὸν, ὐκ ἐπείσθησαν. Ὅθεν τὴν μὲν Ἀγάπην, καὶ τὴν Χιονίαν πυρὶ ἀνεῖλεν· τὴν δὲ Εἰρήνην εὑρὼν ἔχουσαν ἱερὰ βιβλία, ἐν οἷς ἀνεγίνωσκον αἱ ἅγιαι, ἐκεῖνα μὲν κατέκαυσε πυρὶ, αὐτὴν δὲ πρόσεταξεν ἀπενεχθῆναι ἐν πορνείῳ πρὸς τὸ μιανθῆναι ὑπὸ ϯ ἀκολαςῶν. Ἀλλὰ σκεπασθεῖσα ὑπὸ ϯ τῦ Θεῦ χάριτος, διεφυλάχθη καθαρὰ, μηδενὸς αὐτῇ τολμήσαντος προσεγγίσαι. Τῦτο δὲ μαθὼν ὁ Ἄρχων, πάλιν ἤγαγεν αὐτὴν ἐνώπιον αὐτῦ, ἀναγκάζων ἀρνήσασθαι ϯ Χριςόν. Ὡς δὲ ὐκ ἔπεισε, καὶ αὐτὴν πυρὶ παρέδωκε. Καὶ ὕτω τελειωθεῖσαι αἱ τρεῖς, ἀπέλαβον βασιλείαν ὐρανῶν.

Et memoria Sancti Patris nostri Nicetæ Confessoris.

Καὶ Μνήμη τῦ ὁσίυ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Ὁμολογητῦ Νικήτα.

S. Nicetas Confessor.

SAnctus Pater noster Christique Confessor Nicetas fuit, Deo sic permittente, Iconomachis imperium tenentibus. Et primum quidem adhuc puer juxta Christi præceptum relinquens patrem, matrem, fratres, sorores, cognatos, domum, patriam, divitias, ac tollens alacriter crucem suam, secutus est Christum; dignus illius discipulus effectus. Cùm enim in monasterium Medicii se recepisset, ibidem ad virtutem enixe adeo contendit, ut omnibus, qui ibi erant, monachis antecelleret. Miraculorum etiam dono dignus est habitus. Ob suam itaque virtutem, rogatu monachorum, factus est illorum Hegumenus, ac rectè præfuit suo gregi. Sed quoniam tempus martyrii ejus ingruebat, ablegantur ab Iconomachis qui eum accerserent, ac compellerent, à venerabilium imaginum cultu recedere, & cum ipsorum hæresi convenire. Cùm verò ad id illum suadere non possent, exilio, fame, aliisque ærumnis ipsum subjicientes, sustulerunt.

NIκήτας, ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν ϗ Ὁμολογητὴς τῦ Χριςῦ, ὑπῆρχεν τῇ συγχωρήσει ϯ Θεῦ ἐπὶ βασιλείας τῶν Εἰκονομάχων· πρότερον ἐκ βρέφους κατὰ τὴν ἐντολὴν τῦ Χριςῦ καταλιπὼν πατέρα, μήτερα, ἀδελφὺς, ἀδελφὰς, συγγενεῖς, οἰκίαν, πατρίδα, πλῦτον, ϗ ἄρων ϯ ςαυρὸν αὐτῦ προθύμως, καὶ ἀκολουθήσας τῷ Χριςῷ, καὶ γεγονὼς ἄξιος αὐτῦ μαθητής. Ἀπελθὼν γὰρ ἐν τῇ μονῇ τῦ Μηδικίου, τοσῦτον ἠγωνίσατο πρὸς ἀρετὴν, ὡς ὑπερβαλεῖν πάντας τὺς ἐκεῖ μοναχὺς. Ἀλλὰ καὶ τῦ χαρίσματος ἠξιώθη ϯ θαυμάτων· καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῦ τῇ παρακλήσει ϯ μοναχῶν ἐγένετο καὶ Ἡγύμενος, καὶ καλῶς διεκυβέρνα τὸ ποίμνιον. Ἐπεὶ δὲ καιρὸς ἐκάλει αὐτὸν πρὸς τὸ μαρτύριον, ἀποςείλαντες οἱ Εἰκονόμαχοι προσεκαλέσαντο αὐτὸν, καὶ κατηνάγκαζον ἀρνήσασθαι τὴν ϯ σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησιν, συνελθεῖν δὲ τῇ αἱρέσει αὐτῶν. Ὡς δὲ ὐκ ἔπεισαν, ἐξορίαις, ϗ λιμοῖς, ϗ ταλαιπωρίαις ὑποβαλόντες, ἀνεῖλον.

Et memoria Sancti Josephi Canonum scriptoris.

Καὶ Μνήμη τῦ ὁσίου Ἰωσὴφ τῦ Ποιητῦ τῶν Κανόνων.

S. Ioseph Poeta.

SAnctus Joseph Canonum scriptor, fuit ex Sicilia, filius Plutini & Agathæ. Capta autem ejus patria ab Afrorum gente, Thessalonicam venit, & ingressus quoddam monasterium, cùm ibi monasticæ vitæ se addixisset, suum certamen certavit, in meditatione divinarum Scripturarum se se studiosè exercens. Presbyter proinde ordinatus, cum Gregorio Decapolita Constantinopolim venit. Missus deinde Romam propter hæresim Iconomachorum, com-

ὉΟσιος Ἰωσὴφ, ὁ Ποιητὴς ϯ Κανόνων, ὑπῆρχεν ἐκ ϯ Σικελίας, υἱὸς Πλουτίνου, καὶ Ἀγάθης. Ἁλύσης δὲ ϯ τύτου πατρίδος ὑπὸ τῦ ϯ Ἄφρων ἔθνους, ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην, ϗ ἀπελθὼν ἔν τινι μοναςηρίῳ, καὶ γεγονὼς μοναχὸς ἠγωνίζετο, μελετῶν καὶ τὰς θείας γραφὰς ἐπιμελῶς· διὸ χειροτονηθεὶς καὶ πρεσβύτερος, μετὰ Γρηγορίου τῦ Δεκαπο-

καπολίτου εἰς Κωνσταντινούπολιν ἦλθεν. Ἀποσταλεὶς δὲ εἰς Ῥώμην διὰ τὴν τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσιν, ἐκρατήθη παρὰ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ ἀχθεὶς εἰς τὴν Κρήτην, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Καὶ μετὰ θάνατον Θεοφίλου τοῦ Εἰκονομάχου ἀπολυθεὶς τῆς φυλακῆς, τῇ βοηθείᾳ τοῦ ἁγίου Νικολάου, ἦλθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν· καὶ λοιδορηθεὶς ἐξωρίσθη εἰς Χερσῶνα. Ἐκεῖθεν δὲ ἀνακληθεὶς, πάλιν ἦλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ γέγονε φύλαξ τῶν ἱερῶν σκευῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Χαρίσματα δὲ ἔχων ἐκ Θεοῦ, πολλοὺς ἁγίους κανόσι τιμήσας, ἐκοιμήθη.

comprehensus à Saracenis, captivus in Cretam abductus fuit, & in carcerem detrusus. Post mortem verò Theophili Iconomachi è carcere ereptus ope sancti Nicolai, denuo Constantinopolim rediit: ubi calumniis & conviciis affectus, relegatus est in Chersonem. Inde autem revocatus, rursus Byzantium profectus est, & factus fuit custos sacrorum vasorum magnæ ecclesiæ. Donis verò Dei illustratus, cùm plures Sanctos Canonibus, seu hymnis, honoraisset, ex hac vita decessit.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ Α'ΥΤΩ͂

Δ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἀγαθόποδος, καὶ Θεοδούλου.

Ἀγαθόπους ὁ ἱερώτατος Διάκονος, καὶ Θεόδουλος ὁ εὐλαβέστατος Ἀναγνώστης, οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον μὲν ἐκ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης· διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν κρατηθέντες παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρέστησαν τῷ τῆς πόλεως Ἄρχοντι, καὶ καταναγκάζοντι θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Μὴ πεισθέντες δὲ, ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακήν, καὶ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ εἶδον ἀμφότεροι τοιαύτην ὀπτασίαν. Ἔδοξαν πλοίῳ ἐπιβῆναι, καὶ πλέειν ἐν τῇ θαλάσσῃ. Κλύδωνος δὲ σφοδροῦ γεγονότος, ἰδεῖν τὸ πλοῖον συντριβὲν, καὶ τοὺς ἐμπλέοντας καταποντισθέντας, ἑαυτοὺς δὲ μόνους περισωθέντας, καὶ εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀνελθόντας. Ἐδήλου δὲ τὸ ὅραμα τὴν διὰ θαλάσσης αὐτῶν τελείωσιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνάβασιν. Καὶ γὰρ ἅμα πρωῒ τῆς φυλακῆς αὐτοὺς ἐξαγαγὼν ὁ Ἄρχων, ἠνάγκαζε θῦσαι τοῖς εἰδώλοις· μὴ πεισθέντας δὲ, τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης ἐνέῤῥιψε· καὶ οὕτως ἐτελειώθησαν.

EODEM MENSE

Die Quarta. 4.

Certamen Sanctorum Martyrum Agathopodis, & Theoduli.

Agathopodes sacratissimus Diaconus, & Theodulus religiosissimus Lector, Christi Martyres, fuerunt ex civitate Thessalonica. Comprehensi verò ob Christi fidem ab idololatris, adducti sunt ad Præsidem civitatis, & compulsi idolis sacrificare. Quod cùm facere recusassent, in carcerem detrusi sunt: in quo eadem nocte hanc ambo visionem habuerunt. Videbantur sibi navem conscendere, & in mari navigare. Ingenti autem excitata fluctuum procella, contritum navigium cernere, & navigantes in mare demersos; se verò duntaxat sospites evadere, & in excelsum collem deferri. Portendebat autem ea visio fore, ut ipsi in mari mortem oppeterent, indeque cœlos conscenderent. Mane namque cùm eos Præses è carcere simul eduxisset, jussit ipsos idolis sacrificare. Cùm verò ad id induci minimè possent, in profundum maris illos demergi mandavit: atque ita martyrium consummarunt.

SS. Agathopodes, & Theodulus MM.

EODEM MENSE

5. Die Quinta.

Certamen Sanctæ Martyris Pherbuthæ, & sociarum ejus.

S. Pherbuta, & sociæ ejus, MM.

PHerbutha Christi martyr, post certamen & mortem fratris sui Simeonis Episcopi, quietè degens in suo habitaculo unà cum sorore & ancilla, eos qui ad ipsam accedebant, Christi fidem edocebat. Invidebant autem Judæi, id ægrè ferentes: & occasionem nacti, ipsarum cædem hac ratione moliti sunt. Uxor Saporis Persarum regis Judæos proregebat: eo autem tempore infirma valetudine utebatur. Accesserunt proinde Judæi ad ipsam, & calumniati sunt Sanctas, hæc ajentes: Quia à viro tuo occisus fuit Simeon Episcopus, ideo sorores ipsius magicis artibus conantur te perimere. Si autem cupis pristinam recuperare valetudinem, jube eas per medium dissecari, & ipsarum dissecta membra suspendi: tu verò transi per medium illorum, atque ita sospes & incolumis evades. Hoc igitur peracto, sanctæ Christi Martyres cœlorum regnum adeptæ sunt: Regina verò non modo sanitatem non recuperavit; sed etiam Gehennam sortita est.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

Ε'.

Ἄθλησις τῆς ἁγίας Μάρτυρος Φερβούθης, καὶ τῆς συνοδίας αὐτῆς.

Ἡ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Φερβούθη μετὰ τὴν ἄθλησιν καὶ τελείωσιν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς Συμεὼν τοῦ Ἐπισκόπου, ἐν οἰκήματι ἡσυχάζουσα μετὰ τῆς ἀδελφῆς, καὶ τῆς δούλης αὐτῆς, ἐδίδασκε τοὺς προσερχομένους αὐτῇ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. Ἐφθόνουν δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ διεπρίοντο, καὶ εὑρόντες πρόφασιν, ἐφόνευσαν αὐτὰς τρόπῳ τοιούτῳ. Ἡ τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν Σαβωρίου γυνὴ περιεποιεῖτο τοὺς Ἰουδαίους. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἠσθένησε, προσῆλθον αὐτῇ, καὶ διέβαλον τὰς ἁγίας, εἰπόντες οὕτως. Ὅτι διὰ τὸ φονευθῆναι παρὰ τοῦ ἀνδρός σου τὸν Ἐπίσκοπον Συμεῶνα, αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ κατειργάσαντό σε διὰ μαγείας, ὅπως ἀποθάνῃς. Ἀλλὰ εἰ βούλει ὑγιᾶναι, πρόσταξον, καὶ σχισθήτωσαν μέσον, καὶ κρεμασθήτωσαν τὰ διχοτομήματα αὐτῶν, καὶ διελθε μέσον, καὶ ὑγιανεῖς. Καὶ τούτου γενομένου, αἱ μὲν ἅγιαι ἀπέλαβον τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἡ δὲ βασίλισσα πρὸς τὸ μὴ ὑγιᾶναι, ἐκληρονόμησε καὶ τὴν γεένναν.

EODEM MENSE

6. Die Sexta.

Memoria Sancti Patris nostri Eutychii Archiepiscopi Constantinopolitani.

S. Eutychius Patriarcha CP.

SAnctus Pater noster Eutychius fuit, imperante Justiniano Magno, ex regione Phrygiæ exortus. Præclarè autem educatus ab Hesychio Presbytero Thaumaturgo, ipsius avo, & in sacris literis assidua meditatione ac studio versatus, ab Episcopo Amasceæ susceptus est: ac primum monachus, deinde Presbyter initiatus, tranquillam egit vitam in monasterio sancti Meletii. Quinto autem Concilio congregato à Justiniano, cùm Episcopus Amasceæ infirma valetudine detineretur, missus fuit vice illius Eutychius, qui in Concilio ita excelluit, ut Patriarcha Menas dixerit: Hic erit meus successor. Atque ita reipsa post mortem illius electus est Patriarcha. Cùm verò in odium Imperatoris incidisset, in exilium pulsus

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

ϛ'.

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Εὐτυχίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως.

Εὐτύχιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου· ἦν δὲ ἐκ τῆς χώρας Φρυγίας. Καλῶς δὲ ἀνατραφεὶς ὑπὸ Ἡσυχίου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ θαυματουργοῦ, πάππου αὐτοῦ ὄντος, καὶ τὰ ἱερὰ γράμματα εἰς ἄκρον ἐκμελετήσας, προσελήφθη παρὰ τοῦ Ἐπισκόπου Ἀμασείας. Καὶ γεγονὼς μοναχὸς, εἶτα πρεσβύτερος, ἡσύχαζεν ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Μελετίου. Τῆς δὲ πέμπτης Συνόδου παρὰ Ἰουστινιανοῦ συγκροτηθείσης, τοῦ Ἀμασείας Ἐπισκόπου ἀσθενοῦντος, ἀπεστάλη ἀντ' ἐκείνου, καὶ διέπρεψεν ἐν τῇ συνόδῳ, ὡς καὶ τὸν Πατριάρχην Μηνᾶν εἰπεῖν, ὅτι οὗτός ἐστιν

ἐστιν ὁ διάδοχός μου. Ἐξ οὗ καὶ μετὰ τελευτὴν ἐκείνου γίνεται Πατριάρχης, καὶ προσκρούσας τὸν βασιλέα, ἐξορίζεται. Μετὰ θάνατον δὲ Ἰουστινιανοῦ, ἀπέλαβεν τὸν θρόνον αὐτοῦ παρὰ Ἰουστίνου, καὶ Τιβερίου· καὶ πολλὰ θαύματα ποιήσας, καὶ μεγάλου θανατικοῦ δι᾽ εὐχῆς ἀναστείλας ὁρμὴν, καὶ Τιβερίου εἰπὼν τὸν θάνατον, ὡς καὶ πρότερον τὴν βασιλείαν, ἐκοιμήθη, ταφεὶς ἐν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις.

fus fuit. At poſt mortem Juſtiniani ſuam recepit Sedem à Juſtino, & Tiberio. Cùm autem jam multa patraſſet miracula, impetumque lethalis ac magnæ peſtilentiæ precibus cohibuiſſet, necnon Tiberii mortem prædixiſſet, ſicut etiam antea ejus imperium prædixerat; ex hac vita deceſſit, in eccleſia ſanctorum Apoſtolorum ſepultus.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων ΡΝ'. Μαρτύρων τῶν ἐν Περσίδι τελειωθέντων.

ΣΑβώριος ὁ δυσσεβὴς βασιλεὺς Περσῶν, κατὰ τῆς ἐπικρατείας τῶν Ῥωμαίων κουρσεύσας, ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως Ῥωμαίων (τοῦ Θεοῦ τοῦτο συγχωρήσαντος, διὰ τὴν τότε κινηθεῖσαν αἵρεσιν τοῦ ματαιόφρονος Ἀρείου, τοῦ καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα πείσαντος τὰ ὅμοια φρονεῖν, ὑπὸ Εὐσεβείου τοῦ Πραιποσίτου Ἀρειανοῦ ὄντος) πολλὰ κάστρα, καὶ χώρας ἀφανίσας, πολλὴν ἀνελάβετο αἰχμαλωσίαν ἐκ τῶν Χριστιανῶν· ὧν οἱ μὲν ἐσφάγησαν, οἱ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἐτελεύτησαν. Ἑκατὸν δὲ καὶ πεντήκοντα μόνοι περιλειφθέντες, ἀπήχθησαν εἰς Περσίδα, δεδεμένοι ταῖς ἁλύσεσι, καὶ παρεδόθησαν τῇ φυλακῇ, καὶ ἐταλαιπωροῦντο ἐν αὐτῇ ἐπὶ ἡμέραις πολλαῖς. Εὐκαιρήσας δέ ποτε Σαβώριος ἀπὸ τῶν ματαίων πραγμάτων, καὶ ἀνάψας πυρὰν μεγάλην, ἐξήγαγε τοὺς ἁγίους τῆς φυλακῆς, καὶ ἠνάγκασεν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ θῦσαι τῷ πυρί. Ὡς δὲ οὐκ ἔπεισεν, ἐνέβαλεν αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ, καὶ οὕτως ἐτελειώθησαν.

Et certamen Sanctorum centum & quinquaginta Martyrum in Perſide coronatorum.

SApores impius Perſarum Rex in Romanorum ditionem tempore Conſtantii Romanorum Imperatoris incurſionem faciens, (Deo ſic permittente, ob excitatam hæreſim inſipientis Arii, qui & ipſi Imperatori per Euſebium Præpoſitum Arianum eadem ſecum ſentire perſuaſerat,) multaque ſubvertens caſtra & regiones, plures è Chriſtianis captivos abduxit: quorum aliqui jugulati fuerunt, alii in itinere perierunt. Centum verò & quinquaginta ſolummodo ſuperſtites, in Perſidem fuerunt deportati, catenis conſtricti, & in carcerem conjecti, ibique aſſiduis ærumnis per plurimos dies afflicti. Cùm autem aliquando Sapores à vanis negotiis vacaret, ingenti lignorum ſtrue accenſa, ſanctos viros è carcere eductos juſſit, Chriſtum abnegare, & ignem adorare. Quòd cùm facere recuſaſſent, ipſos in ignem projici mandavit: atque ita martyrium conſummarunt.

SS. CL. Martyres in Perſide.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

Ζ'.

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γεωργίου Ἐπισκόπου Μιτυλήνης.

ΓΕώργιος ὁ ἐν ἁγίοις καὶ Θεοφόρος πατὴρ ἡμῶν, ὁ θερμότατος Ὁμολογητὴς τοῦ Χριστοῦ, ἦν υἱὸς εὐγενῶν, καὶ πλουσίων, καὶ εὐσεβῶν γονέων· ὧν τὸν μὲν πλοῦτον μισήσας, τὴν δὲ εὐσέβειαν ἀγαπήσας, καὶ εὐγενείας καὶ δόξης καταφρονήσας διὰ τὸν πρὸς Χριστὸν πόθον, ἀπελθὼν ἐν μοναστηρίῳ, ἐγένετο μοναχὸς, ἐν ᾧ καὶ

EODEM MENSE

Die Septima. 7.

Memoria Sancti Patris noſtri Georgii Epiſcopi Mitylenæ.

SAnctus Pater noſter Georgius, divino numine ac ſpiritu afflatus, & fortiſſimus Chriſti Confeſſor, filius fuit nobilium, divitum, ac piorum parentum: quorum divitias quidem odio habens, pietatem verò amplectens, atque ob Chriſti deſiderium & amorem nobilitatem & gloriam contemnens, in quoddam monaſterium profectus, monaſticam initi vitam:

S. Georgius Epiſc. Mitylenæ.

vitam: ubi & alias quidem plures virtutes feliciter exercuit; sed præcipuè eleemosynam. Tota enim die, juxta illud Davidicum, misereri, & commodare non cessavit. Quapropter unanimi Cleri suffragio Mitylenensis ecclesiæ Episcopus initiatus fuit, eandem quam antea exhibuerat, in eleemosynis dandis misericordiam retinens. Cùm verò postea Iconomachorum hæresis exorta fuisset, ejus quidem ipse infensissimus hostis fuit; orthodoxæ verò religionis propugnator acerrimus. Ipse enim sacras imagines colens & adorans, earum cultum etiam alios edocuit. Cùm autem multa jam patrasset miracula, suæ futuræ mortis ex revelatione, & divino sidere illam præmonstrante, certior factus fuit. Atque ita ad Dominum migravit.

Et certamen Sancti Martyris Calliopii.

S. Calliopius M. Calliopius Christi martyr fuit imperante Maximiano ex regione Pamphyliæ, filius cujusdam Theocliæ Christianæ ac divitis. Piè & religiosè à matre educatus, in assidua divinarum Scripturarum meditatione versatus est. Excitata autem persecutione, Pompejopolim sponte sua discessit: ubi coram Maximo Præside liberè professus est Christum. Manibus proinde post tergum revinctis, crudeliter verberatus, in carcerem conjectus fuit, in quem ingressa etiam ipsius mater, sanguinem ejus spongiâ abstergebat: distributis enim in pauperes omnibus suis divitiis, secuta fuerat filium. Hic verò è carcere eductus, condemnatus est, ut crucifigeretur: nec modo in passione & cruciatibus consors fuit Christi; sed etiam in diebus, quibus passus est. Siquidem quinta feria majoris hebdomadæ erat dies, in qua crucifixus est. Dans autem mater ejus lictoribus quinque nummos aureos, rogavit illos, ne æquè, ac Christus crucifixus fuit, filium suum crucifigerent; sed verso deorsum capite. Atque ita crucifixus hora tertia diei Parasceves, tradidit spiritum: & in eum irruens ipsius mater, animam similiter emisit.

καὶ ἄλλας μὲν πολλὰς κατώρθωσεν ἀρετὰς, ἐξαιρέτως δὲ τὴν ἐλεημοσύνην· ὅλην γὰρ τὴν ἡμέραν, κατὰ τὸν Δαβίδ, ἐλεῶν καὶ δανείζων οὐκ ἐπαύετο. Διὰ τοῦτο οὖν, παρακλήσει τοῦ κλήρου, τῆς ἐν Μιτυλήνῃ ἐκκλησίας χειροτονεῖται Ἐπίσκοπος, τῆς ἴσης ἐλεημοσύνης ἐχόμενος. Ἐπεὶ καὶ ἡ τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσις ἀνεφάνη, ἐκείνης μὲν κατέστη ἀντίμαχος, τῆς δὲ Ὀρθοδοξίας ὑπέρμαχος. Αὐτὸς δὲ τὰς σεπτὰς εἰκόνας τιμῶν καὶ προσκυνῶν, καὶ τοὺς ἄλλους διδάσκων, πολλὰ δὲ θαύματα ἐργαζόμενος, προέγνω δι' ἀποκαλύψεως καὶ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν, ἀστέρος θείου ταύτην δηλώσαντος· καὶ οὕτω πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Καλλιοπίου.

Καλλιόπιος ὁ Μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τῆς βασιλείας ὑπῆρχε τοῦ Μαξιμιανοῦ, ἐκ τῆς χώρας μὲν Παμφυλίας, υἱὸς δὲ Θεοκλείας τινὸς, Χριστιανῆς πλουσίας. Τραφεὶς δὲ παρὰ τῇ μητρὶ εὐσεβῶς, καὶ ταῖς θείαις ἐκμελετήσας γραφαῖς, διωγμοῦ ἐπικειμένου, ἀπῆλθεν εἰς Πομπηϊούπολιν, καὶ σταθεὶς ἔμπροσθεν τοῦ Ἡγεμόνος Μαξίμου, ὡμολόγησε τὸν Χριστόν. Δεθεὶς οὖν τὰς χεῖρας ὀπίσω, καὶ τυφθεὶς ἀφειδῶς, ἐβλήθη ἐν τῇ φυλακῇ. Συνεισῆλθε δὲ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἀπεσπόγγιζε τὰ αἵματα αὐτοῦ. Δοῦσα γὰρ πάντα τὸν πλοῦτον αὐτῆς τοῖς πτωχοῖς, ἠκολούθη τῷ υἱῷ. Ἐκβληθεὶς δὲ τῆς φυλακῆς, κατεδικάσθη σταυρωθῆναι, οὐκ ἐν τῷ πάθει μόνον κοινωνῶν τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις· καὶ γὰρ ἡ μεγάλη πέμπτη ἦν, ὅτε ἐσταυρώθη. Δοῦσα δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς δημίοις πέντε χρυσίνους, παρεκάλεσεν αὐτοὺς, μὴ ὁμοίως τῷ Χριστῷ σταυρῶσαι τὸν υἱὸν αὐτῆς, ἀλλὰ κατὰ κεφαλῆς. Καὶ σταυρωθεὶς ὥρᾳ τρίτῃ τῆς παρασκευῆς, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Καὶ ἐπιπεσοῦσα αὐτῷ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ἀφῆκε τὴν ψυχήν.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ῥουφίνου Διακόνου, καὶ τῆς Συνοδίας αὐτοῦ.

ΕΠῚ τῆς βασιλείας τοῦ παρανόμου Μαξιμίνου, διωγμοῦ μεγάλου κατὰ τῶν Χριστιανῶν κινηθέντος, πᾶς ὅστις τὸν Χριστὸν ὡμολόγει, ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν κρατούμενος, καὶ πολλαῖς βασάνοις καθυποβαλλόμενος, τελευταῖον θανάτῳ παρεδίδου. Ὑπάρχων δὲ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καὶ ὁ ἅγιος Ῥουφῖνος Διάκονος τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας, καὶ πολλοὺς διδάσκων ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ ἐκρατήθη, καὶ ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Ἀκυλίνα δέ τις Χριστιανὴ, ἐπισκεπτομένη αὐτὸν, ἐκρατήθη καὶ αὐτή. Καὶ ἀμφότεροι παραστάντες τῷ Ἄρχοντι, καὶ τιμωρηθέντες, εἶτα θαυματουργήσαντες, παρεσκεύασαν τοὺς παρεστῶτας διακοσίους στρατιώτας πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ. Καὶ παραυτίκα ὀργισθεὶς ὁ Ἄρχων, προσέταξεν ἅπαντας μαχαίρᾳ θανατωθῆναι. Καὶ δήσαντες αὐτοὺς οἱ δήμιοι, ἤγαγον ἐπὶ τὸν τόπον τῆς τελειώσεως· καὶ ἀπεκεφάλισαν ἅπαντας, εὐχαριστοῦντας τῷ Θεῷ μέχρι τέλους.

Et certamen Sanctorum Martyrum Rufini Diaconi, & sociorum ejus.

IMpetrante impio Maximino cùm gravis adversus Christianos persecutio commota fuisset, quicumque Christum profitebatur, comprehensus ab idolorum cultoribus, & multis tormentis excruciatus, demum morti tradebatur. Eo tempore fuit sanctus Rufinus Diaconus ecclesiæ Christi, qui cùm multos in Christi nomine edoceret, in vincula conjectus fuit, & in carcerem detrusus. Quædam autem mulier Christiana, nomine Aquilina, cùm ipsum inviseret, similiter comprehensa fuit: & ambo ad Præsidem adducti, variis subjecti sunt tormentis. Cùm verò plura patrarent prodigia, id effecerunt, ut ducenti qui aderant milites, Christi fidem amplecterentur. Quapropter in iram statim excandescens Præses, jussit cunctos gladio occidi. Unde lictores ad locum supplicii eos vinctos adduxerunt, & caput singulis amputarunt, Deo usque ad finem gratias agentibus. SS. Rufinus, & socii MM.

ΜΗΝῚ ΤΩ͂Ι ΑΥ̓ΤΩ͂Ι

Η'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Παυσιλύπου.

ΠΑυσίλυπος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ παρανόμου καὶ δυσσεβοῦς Ἀδριανοῦ· διαγνωσθεὶς δὲ ὅτι τὸν Χριστὸν σέβεται, καὶ διδάσκει ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, κρατηθεὶς, καὶ δεθεὶς, προσήχθη τῷ βασιλεῖ. Καὶ παραστὰς αὐτῷ, ἠρωτήθη, εἰ τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖ Θεόν. Καὶ παῤῥησίᾳ κηρύξας αὐτὸν Θεὸν ἀληθῆ, καὶ ποιητὴν τοῦ παντὸς, παρεδόθη τῷ τῆς χώρας Εὐρώπης ἐπάρχῳ, καὶ τύπτεται ῥάβδοις ἀφειδῶς τριακοσίαις φοραῖς. Ἀνεθεὶς δὲ τῆς βασάνου, πάλιν ἠναγκάσθη ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Καὶ μὴ πεισθεὶς, ἐδέθη, καὶ ἀπήγετο εἰς τὸ ἀποκεφαλισθῆναι. Καὶ ἐν τῇ ὁδῷ τῶν δεσμῶν διαῤῥαγέντων, ἐπέτεινεν ἑαυτὸν πρὸς τὸ φυγεῖν. Καὶ τοῦ μὲν ξίφους ἐλυτρώθη· εἰς τόπον δέ τινα διασωθεὶς, καὶ σταθεὶς, καὶ τῷ Θεῷ προσευξάμενος, ἀπέδωκε τὴν μαρτυρικὴν αὐτοῦ ψυχὴν προθύμως τῷ Θεῷ, ἀπολαβὼν στέφανον ἀμάραντον, καὶ ζωὴν ἀχώρητον.

Καὶ

EODEM MENSE

Die Octava. 8.

Certamen Sancti Martyris Pausilypi.

PAusilypus Christi martyr fuit imperante impio & iniquo Adriano. Delatus autem, quod Christum coleret, & in ipsius nomine edoceret, comprehensus, & in vincula conjectus, ad Imperatorem adductus est: & ante illum stans, interrogatus fuit, an Christum Deum confiteretur. Libera verò animi fiducia ipsum prædicans verum Deum, & creatorem universi, traditur regionis Europæ Præfecto, virgisque adeo cæditur, ut trecentæ plagæ crudeliter ei infligerentur. Hoc autem tormento ereptus, denuo jussus est Christum negare, & idolis sacrificare. Quod cùm facere nollet, vinculis constrictus, ad locum supplicii adductus est, ut ibi capite plecteretur. At vinculis in itinere diruptis, fugam arripuit, & ne gladio periret, liberatus est. Cùm verò in locum quemdam evasisset, ibi permanens, assiduasque Deo preces offerens, alacri animo functam martyrio animam Deo reddidit, coronam adeptus immarcescibilem, & vitam immortalem. S. Pausilypus M.

Et

Et memoria Sancti Patris nostri Cœlestini Papæ Romæ.

S. Cœlestinus Papa.

Sanctus Pater noster Cœlestinus, imperante Theodosio juniore, in Romana ecclesia floruit, in omnium virtutum exercitatione, divinarumque Scripturarum meditatione versatus. Post mortem autem Sanctorum Episcoporum Innocentii, Bonifacii, & Zosimi, Papa magnæ Romæ ordinatur. Cùm verò illius vitæ etiam doctrina congrueret, spectabilem se reddidit cunctis, ac mirabilem in multis quidem, sed præcipuè in rectorum dogmatum expositione, ac dissertatione. Quippe sancto Cyrillo connitente, per epistolam dogmaticam orthodoxa veritate plenam, quam ex urbe Roma ad Synodum Ephesinam misit, impium Nestorium prostravit, ac blasphemantem in Dei Filium & in sanctam Deiparam, ex orthodoxorum ecclesia ejecit. Deinde verò & aliis decretis Orientales ecclesias hac pestilentissima lue liberavit. Cùmque veritatis luce plures illustrasset, in pace decessit.

Καὶ Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κελεστίνου Πάπα Ῥώμης.

Κελεστῖνος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ Ῥωμαίων, πᾶσαν ἀρετὴν κατορθώσας, καὶ πᾶσαν θείαν γραφὴν ἐκμελετήσας. Μετὰ δὲ τελευτὴν τῶν ἁγίων Ἐπισκόπων Ἰννοκεντίου, Βονιφατίου, καὶ Ζωσίμου, προχειρίζεται Πάπας τῆς μεγάλης Ῥώμης· συντρέχων δὲ τῷ βίῳ ὁ λόγος, αἰδέσιμον ἑαυτὸν τοῖς πᾶσι ἀπέφαινε, καὶ θαυμαστόν· καὶ ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς, ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῇ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ὑποτυπώσει, καὶ διαλέξει. Καὶ γὰρ σὺν τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ διὲ ἐπιστολῆς δογματικῆς πλήρους ὀρθοδοξίας, ἣν ἀπέστειλεν ἐκ Ῥώμης ἐν τῇ Συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ, τὸν δυσσεβῆ Νεστόριον καθεῖλε, καὶ τῆς τῶν ὀρθοδόξων ἐξέλασεν ἐκκλησίας, βλασφημοῦντα εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον. Ἔτι δὲ καὶ δι' ἄλλων δογμάτων τὰς τῆς Ἀνατολῆς ἐκκλησίας τῆς τοῦτου λύμης ἐλευθέρωσεν, καὶ πολλοὺς φωτίσας ἐτελειώθη ἐν εἰρήνῃ.

EODEM MENSE

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

9. Die Nona.

Θ'.

Certamen Sancti Martyris Badimi Archimandritæ.

S. Badimus Archimandrita, & Martyr.

Sanctus Badimus fuit ex regione Persarum, divitum parentum filius, quibus vita functis, cùm jam divitias omnes in pauperes erogasset, in monasterium abiit, ibique monachus factus est, deinde & Archimandrita. Prædicans autem Christi fidem, multos ad eam adduxit, & baptizavit. Quod cùm Sapores Persarum Rex intellexisset, cum unà cum septem ipsius discipulis comprehendi jussit, & in carcerem detrudi. Ac deinde post quatuor dies tortoribus mandavit, ut ipsos è carcere educerent, & caput eis amputarent. Videns autem sanctus vir unum ex tortoribus, Nersam nomine, qui antea Christianus fuerat, deinde metu tormentorum Christum abnegaverat; hunc, inquam, videns ensem denudantem, ut caput ipsis abscinderet; colla-

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Βαδίμου τοῦ Ἀρχιμανδρίτου.

Βάδιμος ὁ ὅσιος ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς χώρας Περσῶν, πλουσίων δὲ γονέων υἱός· ὧν τελευτησάντων, ἅπαντα τὸν πλοῦτον σκορπίσας εἰς τοὺς πένητας, ἀπελθὼν εἰς μοναστήριον, ἐγένετο μοναχὸς, εἶτα καὶ Ἀρχιμανδρίτης. Κηρύττων δὲ τὸν Χριστὸν, πολλοὺς ἐπ' αὐτὸν ἐπιστρέφων ἐβάπτιζε. Καὶ μαθὼν τοῦτο Σαβώριος, ἀποστείλας ἐκράτησεν αὐτὸν, σὺν ἑπτὰ μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ ἀπέκλεισεν αὐτὸν εἰς φυλακήν. Καὶ μετὰ τέσσαρας ἡμέρας προσέταξεν ὁ Σαβώριος τοῖς δημίοις ἐκβαλεῖν αὐτοὺς τῆς φυλακῆς, καὶ ἀποκεφαλῆσαι. Ἕνα δὲ τῶν δημίων Νηρσᾶν ὀνόματι, πρότερον ὄντα Χριστιανὸν, ἀρνησάμενον δὲ τὸν Χριστὸν διὰ τὸν φόβον,

φόβον, γυμνοῦντα τὸ ξίφος, τοῦ ἀποκεφαλίσαι αὐτούς, ἰδὼν ὁ ἅγιος καὶ στενάξας, ἐπαλάνισε· καὶ ὑπέμνησεν αὐτὸν τῆς μελλούσης ἡμέρας τὴν ἀνταπόδοσιν. Ὁ δὲ Νηρσᾶς ἀρξάμενος τρέμειν ἀπὸ τοῦ φόβου, δέδωκε τῷ ἁγίῳ πληγὰς τέσσαρας· καὶ ὑπὸ βίᾳ πολλῇ παρέδωκε τὸ πνεῦμα.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων τῶν ἐν Περσίδι τελειωθέντων.

Σαβώριος ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς, ἐκστρατεύσας κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων γῆς, κατὰ τὸ πεντηκοστὸν τρίτον ἔτος τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ νόμῳ πολέμου πολυάνθρωπον πόλιν ἑλών, τοὺς ἐν αὐτῇ μὲν στρατιώτας πάντας ἐφόνευσε, τὸν δὲ ἀπόλεμον ὄχλον, οἷον γέροντας, γυναῖκας, παιδία, καὶ τὸν Ἐπίσκοπον Ἡλιόδωρον, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς διακόνους, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ κλήρῳ περιεποιήσατο. Μέλλων οὖν τελευτᾶν ὁ Ἐπίσκοπος Ἡλιόδωρος, ἐχειροτόνησεν ἀντ' αὐτοῦ Ἐπίσκοπον ἐκ τῶν πρεσβυτέρων ἕνα. Καὶ τῆς ἐξ ἔθους δοξολογίας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναφερομένης τῷ Θεῷ, ἀπελθών τις τῶν Περσῶν, εἶπε τῷ Σαβωρίῳ· ὅτι οἱ παρὰ σοῦ συγχωρηθέντες ζῆν Χριστιανοί, ἕνα ἐξ αὐτῶν πρῶτον ποιήσαντες, τῆς μὲν θρησκείας ἡμῶν καταβλασφημοῦσι, τῆς δὲ σῆς ἐξουσίας καταφρονοῦσι. Τότε ἀχθέντες ἠναγκάσθησαν προσκυνῆσαι τῷ ἡλίῳ· μὴ πεισθέντες δέ, ἅπαντες ἀπεκεφαλίσθησαν.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Εὐψυχίου τοῦ ἐν Καισαρείᾳ.

Εὐψύχιος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχεν ἐπὶ βασιλείας τοῦ παραβάτου Ἰουλιανοῦ, ἀπὸ τῆς χώρας τῶν Καππαδοκῶν. Ἀνεπίληπτον δὲ βίον, καὶ γνώμην κεκτημένος ἁπλοῦν, εἶχε καὶ πόθον πολὺν εἰς Χριστόν. Ὁρῶν δὲ τοὺς εἰδωλολάτρας ἀπερχομένους εἰς τὸν ναὸν τῆς λεγομένης Τύχης, καὶ θύοντας, εἰς ἣν πιστεύων ὁ παραβάτης Ἰουλιανός, θυσίας καθεκάστην προσέφερεν, ζήλῳ θείῳ κινηθείς, καὶ Χριστιανῶν τινῶν προσλαβόμενος, ἀπελθὼν κατέστρεψεν αὐτὸν ἐκ βάθρων, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ συνέτριψεν εἴδωλα. Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ παραβάτης, ὠργίσθη σφόδρα, καὶ ἀποστείλας ἐκράτησεν ἅπαντας· καὶ τοὺς μὲν ἄλλους τῶν ἰδίων στερήσας, κακώσεσι ποικίλαις ὑποβαλών,

ἐξω-

lachymatus est, & ipsius calamitatem doluit, eique extremæ diei retributionem in memoriam revocavit. Nersas verò præ timore trepidare incipiens, quatuor vulnera sancto viro inflixit: atque ita vi multa spiritum emisit.

Et certamen Sanctorum Martyrum, qui in Perside martyrium consummarunt.

SS Martyres in Perside.

Sapores Persarum Rex anno regni sui quinquagesimo tertio expeditione in Romanorum ditionem suscepta, cùm frequentissimam urbem jure belli cepisset, milites omnes, qui in ea erant, occidi jussit; gentem verò ad bellum minimè idoneam, nimirùm senes, mulieres, pueros, Heliodorum Episcopum, Presbyteros, Diaconos, & omnes Clericos, incolumes servari mandavit. Heliodorus autem Episcopus cùm se morti proximum præsentiret, in sui locum unum ex Presbyteris Episcopum ordinavit. Sed cùm de more in ecclesia offerretur Deo glorificatio, abiens quidam ex Persis, Sapori hæc renunciavit: Christiani illi, ò Rex, quibus à te vivere permissum fuit, quemdam sibi principem eligentes, nostram quidem religionem reprobant; tuam autem potestatem contemnunt. Quapropter ad regem adducti, jussi sunt solem adorare. Quod cùm facere recusassent, omnes capite obtruncati fuerunt.

Et certamen Sancti Martyris Eupsychii Cæsareensis.

S. Eupsychius M.

Eupsychius Christi martyr, imperante Juliano apostata, fuit ex regione Cappadociæ. Inculpatam autem vitam, simplicemque agendi rationem assecutus, maximo Christi desiderio & amore flagrabat. Cùm autem vidisset idolorum cultores templum Fortunæ sacrum adeuntes, & ibidem sacrificantes, in quam credens apostata Julianus, victimas quotidie offerre consueverat: zelo divino accensus, alios secum Christianos socios assumens, templum à fundamentis subvertit, & idola, quæ in ipso erant, contrivit. Cùm autem hæc scivisset Julianus, vehementer iratus, illos omnes comprehendi jussit: & alios quidem ex ipsis fortunæ bonis orbatos, & variis ærumnis afflictos in exilium ejecit; martyrem verò Eupsychium, utpote perpetrati facinoris auctorem, primo quidem in carcerem

de-

detrudi jussit; postea verò è carcere eductum, multiplicibus tormentis cruciari. Demum cùm Christum negare jussus respuisset, capite truncatus fuit.

ἐξώρισε· τὸν δὲ Μάρτυρα Εὐψύχιον, ὡς αἴτιον γενόμενον τοῦ τοιούτου δράματος, πρῶτον μὲν ἀπέκλεισεν εἰς φυλακήν· ἔπειτα τῆς φυλακῆς ἐκβαλών, καὶ πολλὰ βασανίσας, καὶ καταναγκάσας ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν, καὶ μὴ πείσας, ἀπεκεφάλισεν.

EODEM MENSE

Die Decima.

10.

Certamen Sanctorum Quadraginta Martyrum, Terentii, Africani, & aliorum.

SS. XL. Martyres, Terentius, Africanus, & alii.

Terentius Christi martyr cum suis sociis, imperante Decio, ex Africa fuit. Persecutione autem excitata, cùm Christiani occiderentur, multi qui fugam antea præ timore arripuerant, comprehensi, jussi sunt sacrificare idolis: cùmque non obtemperarent, in carcerem, jussu præsidis Africæ, conjecti fuerunt. Deinde è carcere educti, denuò Christum deserere compulsi sunt, pluribusque tormentis exercuiati. Primum enim cæsi sunt, quousque ipsorum viscera conspicerentur. Postea ignitis subulis in lumbis perforati, & in eorum vulnera acetum cum sale infusum. Quoniam verò precibus ad Deum fusis idola, aras, & templa subverterunt; sex quidem & triginta ex illis capite truncati sunt; reliqui verò quatuor, manibus pedibusque ligatis, conjecti sunt in carcerem, ex quo postea educti, etiam ipsi decollati fuerunt.

ΜΗΝΙ͂ ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι

Ι'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα Μαρτύρων, Τερεντίου, Ἀφρικανοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν.

Τερέντιος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, μετὰ τῆς συνοδίας αὐτοῦ, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου, ἐκ τῆς χώρας Ἀφρικῆς· διωγμοῦ δὲ κινηθέντος, καὶ τῶν Χριστιανῶν φονευομένων, πολλοὶ φοβηθέντες, καὶ ἀναγκασθέντες θῦσαι, καὶ μὴ πεισθέντες, ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακὴν παρὰ τοῦ Ἡγεμόνος Ἀφρικῆς. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐξελθόντες, πάλιν ἠναγκάζοντο ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν, βασάνοις πολλαῖς ἐξεταζόμενοι. Πρότερον γὰρ ἐτύφθησαν, ἕως ἐφανήσαν τὰ σπλάγχνα αὐτῶν· ἔπειτα σουβλίοις πυρωθεῖσι τὰ ψύα διετρυπήθησαν, καὶ ὄξος καὶ ἅλας ἐπεχέθησαν. Ἐπεὶ δὲ προσευξάμενοι, τὰ ξόανα, καὶ τοὺς βωμούς, καὶ τοὺς ναοὺς κατέστρεψαν· οἱ μὲν τριάκοντα ἐξ ξίφει τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. οἱ δὲ τέσσαρες, χεῖρας, καὶ πόδας δεθέντες, ἐνεβλήθησαν εἰς φυλακήν· καὶ μετὰ ταῦτα τῆς φυλακῆς ἐξελθόντες, ἀπεκεφαλίσθησαν καὶ αὐτοί.

Et memoria Sancti Agabi Apostoli.

S. Agabus Apostolus.

Agabus Christi Apostolus multis quidem cœlestibus muneribus ob ipsius virtutem ac meritum à Deo ditatus fuit; sed præcipuè prophetici Spiritus donum obtinuit. Cingulum enim magni Apostoli Pauli accipiens, illoque sibi manus & pedes devinciens, prædixit, dicens: Hæc dicit Spiritus Sanctus: virum illum, cujus est hoc cingulum, ita ligabunt Judæi Hierosolymis, eumque flagellis cædent. Atque ita, ut prædixerat, evenit. Cùm enim sanctus Paulus Hierosolyma abiisset, non modò ipsum Judæi in vincula conjecerunt; sed & eum occidere conati sunt. Et hæc quidem primum vaticinatus est. Postea verò & alia multa prædixit. Cùm verò partem orbis terrarum, quæ ipsi obti-

Καὶ Μνήμη τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἀγάβου.

Ἄγαβος ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἀπόστολος, πολλῶν καὶ ἄλλων ἀγαθῶν διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν παρὰ Θεοῦ ἀξιωθείς, ἐδέξατο, καὶ προφητικὸν χάρισμα. Καὶ γὰρ τὴν ζώνην τοῦ μεγάλου Ἀποστόλου Παύλου λαβών, καὶ ἑαυτοῦ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας δεσμήσας, προεφήτευσεν εἰπών· ὅτι λέγει τὸ Πνεῦμα τοῦ Κυρίου· τὸν ἄνδρα, οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη, οὕτως δήσουσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ μαστιγώσουσιν. Καὶ προφητεύσας ἠλήθευσεν· ἀπελθόντα γὰρ τὸν ἅγιον Παῦλον εἰς Ἱερουσαλήμ, οὐ μόνον ἐδέσμησαν οἱ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ καὶ φονεῦσαι ἐπεχείρησαν. Καὶ ταῦτα μὲν πρό-

πρότερον· ὕστερον δὲ καὶ ἄλλα πλεῖστα προφητεύσας, καὶ τὸ λαχὸν αὐτῷ μέρος τῆς οἰκουμένης τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἀπείροις θαυματουργίαις φωτίσας, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ τὸ καταπιστευθὲν αὐτῷ ποίμνιον ἀγαγὼν, καὶ τὴν εἰδώλων τὴν θρησκείαν καταβαλὼν, καὶ καταλύσας, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

obtigerat, doctrina & innumeris miraculis illustrasset, atque ad Dei cognitionem creditum sibi gregem perduxisset, idolorum cultu subverso ac deturbato, in pace decessit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

ΙΑ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ἀντίπα Ἐπισκόπου Περγάμου.

ἈΝτίπας ὁ τῶν δαιμόνων ἀντίπαλος, ἦν ἐπὶ τῶν χρόνων Δομετιανοῦ τοῦ βασιλέως κατὰ τὸν καιρὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ὅτε καὶ ὁ Θεολόγος Ἰωάννης ἐξόριστος ὑπῆρχεν εἰς Πάτμον τὴν νῆσον. Ὑπάρχων δὲ Ἐπίσκοπος Περγάμου, πάνυ γέρων ὤν, ἐκρατήθη παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, τῶν δαιμόνων ἐμφανισάντων αὐτοῖς, καὶ εἰπόντων, μὴ δύνασθαι τὸν τόπον οἰκεῖν διὰ τὸν Ἀντίπαν. Διὰ τοῦτο ἀχθεὶς πρὸς τὸν Ἡγεμόνα, καὶ καταναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθεὶς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ παραδείγματος ἐλέγξας τὴν πλάνην τῶν εἰδώλων, φήσας ἀρχαίαν μὲν αὐτὴν εἶναι, κακὴν δὲ (καὶ γὰρ ὁ Ἡγεμὼν τοῦτο προεβάλετο, ὅτι ἀρχαία μέν ἐστιν ἡ τῶν ἑλλήνων θρησκεία, νέα δὲ ἡ τῶν Χριστιανῶν· καὶ ὁ ἅγιος, ὅτι Καῒν παλαιὸς μὲν γέγονεν, ἀλλὰ φονεὺς τοῦ ἀδελφοῦ) ἐνεβλήθη ἐν χαλκῷ βοῒ πυρωθέντι, καὶ ἐτελειώθη.

EODEM MENSE

Die Undecima. 11.

Certamen sacrosancti Martyris Antipæ Episcopi Pergami.

ANtipas dæmonum adversarius, imperante Domitiano, temporibus Sanctorum Apostolorum claruit, quando & Joannes Theologus in Patmo insula exulabat. Cùm autem Pergami Episcopus esset, & valdè senex, comprehensus fuit ab idolorum cultoribus, quibus dæmones apparuerant, ac dixerant, locum illum inhabitari non posse propter Antipam. Idcirco adductus ad Præsidem, jussus est Christum negare, & idolis sacrificare. Verùm cùm non assensisset, sed potius exemplo refutaret Græcorum errorem, veterem quidem illum esse dicens, sed malum; (Præses namque ei objecerat, Græcorum religionem antiquam esse, illam verò Christianorum novam: & sanctus vir responderat, Cainum quoque antiquum esse, sed tamen fratricidam:) conjectus fuit in bovem æneum candentem, & ibidem martyrium consummavit.

S. Antipas Episc. Pergami.

EODEM MENSE

Die Duodecima.

12.

Certamen Sancti Martyris Artemonis.

S. Artemon M.

ARtemon Christi martyr, Diocletiano Imperatore, Presbyter fuit sanctæ Laodicææ ecclesiæ. Anno autem ante suum obitum, Græcorum fanum unà cum Episcopo suo Sisinio ingressus, idola subvertit. Cùmque id ab idololatris Præses regionis rescivisset, abiit ad Episcopum comprehendendum. At morbo correptus, in gravc vitæ discrimen adductus est. Rogavit proinde Episcopum, ut pro ipso preces offerret. Quod si contingeret ipsum incolumem reddi, aureum simulacrum se ei excitaturum spopondit. Porrò sanitatem adeptus, Cæsaream petiit. Cùmque in itinere Artemonem Presbyterum invenisset, eum comprehendit, & vinctum traxit, adduxitque ad civitatem, atque in carcerem detrusit. Deinde conatus est ei persuadere, ut Christum abnegaret. Sed cùm ad id illum inducere nequivisset, membra aliquot ex ejus corpore exsecuit, & in craticula assavit. Postea inflammari lebetem jussit, in quem ille immitteretur, ac ustularetur. At duæ aquilæ ipsum Præsidem repente attollentes, in lebetem injecerunt. Sanctus verò cùm parum supervixisset, in pace decessit.

ΜΗΝΙ' Τῼ͂ Α'ΥΤῼ͂

ΙΒ'.

Α'́θλησις ἁγίου Μάρτυρος Α'ρτέμωνος.

Α'Ρτέμων ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ, πρεσβύτερος ὑπάρχων τῆς ἐν Λαοδικίᾳ ἁγίας ἐκκλησίας· πρὸ ἑνὸς δὲ ἐνιαυτοῦ τῆς τελειώσεως αὐτοῦ, εἰσελθὼν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἑλλήνων μετὰ Σισινίου τοῦ Ε'πισκόπου αὐτοῦ, κατέστρεψε τὰ εἴδωλα. Καὶ μαθὼν τοῦτο παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν ὁ τῆς χώρας ἄρχων, ἀπῆλθε κρατῆσαι τὸν Ε'πίσκοπον, καὶ νοσήσας ἐκινδύνευσεν. Εἶτα ἐμήνυσε τῷ Ε'πισκόπῳ εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ εἰ τύχῃ ὑγείας, χρυσῆν εἰκόνα ἀναστήσειν αὐτῷ. Υ'γιάνας οὖν, ἀπήρχετο πρὸς Καισάρειαν· καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν εὑρὼν Α'ρτέμωνα πρεσβύτερον, ἐκράτησεν αὐτὸν· καὶ δήσας ἔσυρε, καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὴν πόλιν, ἀπέκλεισεν εἰς φυλακήν· Εἶτα ἠνάγκασεν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν· καὶ μὴ πείσας, μέλη τινὰ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐκτεμὼν, ὤπτησεν ἐν ἐσχάρᾳ. Καὶ τότε ἐκκαέντος λέβητος ἐπὶ τῷ ἐμβληθῆναι αὐτὸν, καὶ καῆναι, ἦραν ἀετοὶ δύο τὸν ἄρχοντα, καὶ ἐνέβαλον εἰς αὐτόν· ὁ δὲ ἅγιος ὀλίγον ἐπιβιοὺς, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

EODEM MENSE

Die Decima tertia.

13.

Certamen Sancti Crescentis Martyris.

S. Crescens M.

CRescens Christi martyr fuit ex civitate Myræ, non minus pietate, quàm senectute venerabilis. Cùm autem multos idola colentes cerneret, in medium illorum prosiluit, adhortans illos, ut errorem detestarentur, & ad Christum accederent, atque ita propriæ saluti consulerent. Quo cognito Præses illum comprehendi, & coram se adduci jussit; percontatusque est ab eo genus, patriam, & nomen ipsius. Ille verò nihil aliud respondebat, nisi, Christianus sum. Præses autem dixit: Externa saltem specie diis sacrifica; corde verò & animo Deum tuum adora. At ille id respuens, magnaque voce Christum confessus, ac idola rejiciens & contemnens, primum quidem in ligno suspensus, diu multumque depexus est, & facibus in lateribus ustula-

ΜΗΝΙ' Τῼ͂ Α'ΥΤῼ͂

ΙΓ'.

Α'́θλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Κρήσκεντος.

ΚΡίσκης ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχεν ἐκ τῆς πόλεως Μύρων, εὐλαβὴς ὢν καὶ γηραῖος. Ο'ρῶν δὲ πολλοὺς προσκυνοῦντας τὰ εἴδωλα, εἰσελθὼν μέσον αὐτῶν, παρῄνει αὐτοῖς, ἀποστῆναι μὲν τῆς πλάνης, προσελθεῖν δὲ τῷ Χριστῷ, καὶ σωθῆναι. Ο' δὲ Η'γεμὼν μαθὼν τοῦτο, ἐκράτησεν αὐτὸν· καὶ ἀγαγὼν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἠρώτησε τύχην, πατρίδα, καὶ ὄνομα. Ο' δὲ οὐδὲν ἕτερον ἔλεγεν, ἢ, ὅτι Χριστιανός εἰμι. Ο' δὲ Η'γεμὼν ἔφη· θῦσον σχήματι μόνῳ τοῖς Θεοῖς, καὶ προσκύνει κατὰ ψυχὴν τῷ Θεῷ σου. Ο' δὲ ἅγιος μὴ καταδεξάμενος, ἀλλὰ μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸν μὲν Χριστὸν ὁμολογῶν, τὰ δὲ εἴδωλα διελέγχων, καὶ

ἀτι-

ἀτιμάζων, πρῶτον μὲν ἐπὶ ξύλου κρεμασθεὶς ἐξέσθη ἐπὶ πολὺ, καὶ λαμπᾶσι κατεφλέχθη τὰς πλευράς. Ἔπειτα τοῦ ξύλου καταβιβασθεὶς, πάλιν ἠναγκάζετο θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Ὡς δὲ οὐκ ἐπείσθη, εἰς κάμινον μεγάλην πυρὸς ἐμβληθεὶς, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέδωκε.

latus. Deinde verò è ligno depositus, denuo idolis sacrificare impellebatur. Quod cùm facere detrectasset, in ingentem ignis fornacem injectus, spiritum Deo reddidit.

Καὶ Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ Ὁμολογητοῦ.

Et memoria Sancti Patris nostri Basilii Confessoris.

Ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Βασίλειος, ἐκ βρέφους τὸν Θεὸν ἀγαπήσας, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν κατορθώσας, χειροτονεῖται Παρίου Ἐπίσκοπος ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν δυσσεβῶν Εἰκονομάχων. Ὅστις κατὰ Παῦλον τὸν θεῖον καὶ μέγαν Ἀπόστολον τοῦ Χριστοῦ, διὰ τὸ μὴ πεισθῆναι συνελθεῖν τῇ δυσσεβεῖ αἱρέσει τῶν ἀθετούντων τὴν πάνσεπτον εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς παναχράντου αὐτοῦ μητρὸς Μαρίας, τῆς ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου, καὶ πάντων Ἁγίων· καὶ μὴ θελῆσαι ὑπογράψαι εἰς τὸν ἄδικον τόμον, ἐπὶ καταλύσει τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, τὴν ζωὴν αὐτοῦ ἅπασαν ἐν διωγμοῖς, καὶ πειρασμοῖς, καὶ θλίψεσι, καὶ ξενοχωρίαις διήνυσεν, ἀπὸ τόπου εἰς τόπον τὰς μεταβάσεις, καὶ φυγὰς ἀεὶ ποιούμενος· καὶ ὑπὸ τῶν πατρικῶν δογμάτων προϊστάμενος, καὶ τῶν κακοδόξων τὰς συνάξεις μισῶν μέχρι τέλους, πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησεν.

S. Basilius Episc. & Confess.

Sanctus Pater noster Basilius ab ineunte ætate Deum dilexit: omnemque virtutem assecutus, Pari Episcopus creatus fuit, impiorum Iconomachorum temporibus. Quod autem exemplo sancti Pauli divini ac magni Apostoli Christi, convenire noluisset cum impia eorum hæresi, qui venerandas Domini nostri Jesu Christi, necnon intemeratæ ejus genitricis gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ, Sanctorumque omnium imagines contemnebant; & quod iniquo volumini in orthodoxæ fidei subversionem condito se subscribere recusasset; totam vitam suam in persecutionibus, tentationibus, ærumnis atque angustiis traduxit, è loco in locum semper transmigrans & fugiens. Atque ita Patrum institutis adhærens, & pro eis decertans, atque ab hæreticorum conventibus usque ad finem abhorrens, migravit ad Dominum.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἐλευθερίου τοῦ Πέρσου.

Et certamen Sancti Martyris Eleutherii Persæ.

Ἐλευθέριος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς ὑπῆρχεν ἐκ τῆς χώρας Περσίδος. Χριστιανὸς δὲ ὢν, καὶ τὸν Χριστὸν ἀγαπῶν, ἀπήρχετο πρὸς τὸν ἅγιον Συμεὼν τὸν Ἐπίσκοπον, καὶ παρ' αὐτοῦ τελεώτερον ἐδιδάσκετο λόγον τῆς ἀληθείας· καὶ ὑποστρέφων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἐδίδασκε καὶ αὐτὸς τοὺς προσερχομένους αὐτῷ τὰ περὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ· ὅπως Θεὸς ὢν ἀπροσδεὴς, ἠθέλησε γενέσθαι ἄνθρωπος, ἵνα σώσῃ τὸν ἄνθρωπον, μὴ τραπεὶς τὴν οὐσίαν μετὰ τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ἕνωσιν, ἀλλ' ὅλος Θεὸς ὢν, ὅλος γενόμενος ἄνθρωπος. Διδάσκων δὲ ὁ ἅγιος Ἐλευθέριος οὕτως, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων ἐπιστρέφων, καὶ βαπτίζων, ἐγνώσθη

τῷ

S. Eleutherius Persa M.

Eleutherius Christi martyr fuit è regione Persidis oriundus. Cùm verò Christianus esset, & Christum diligeret, adiit sanctum Simeonem Episcopum, & ab illo perfectius edoctus est verbum veritatis. Deinde in domum suum regressus, etiam ipse alios ad se accedentes edocuit quæ ad Christi dispensationem pertinent: quo pacto nimirùm cùm Deus esset nullius indigens, voluit homo fieri, ut hominem salvaret, nec propriam essentiam mutavit propter unionem cum humanitate; sed totus permanens Deus, totus factus est homo. Cùm igitur ita doceret sanctus Eleutherius, & multos ex infidelibus converteret, ac baptizaret, Persis innotuit, qui ignem adorabant, atque ab his denunciatus est regi. Captus proinde fuit, & ad regem adductus:

qui

qui cùm eum interrogasset, atque ejus constantiam cognovisset, tradidit ipsum Magorum principibus, mandans illis, ut ei persuaderent Christo renunciare. Illi verò plurimis ipsum tormentis excruciantes, cùm à Christo avertere non valerent, caput ei amputarunt.

EODEM MENSE

14. Die Decima quarta.

Certamen sacrosancti Martyris Simeonis, & sociorum ejus.

S. Simeon Episcopus, & socii MM.

SImeon sacrosanctus Christi martyr, Sapore Persarum regnum tenente, claruit. Cùm autem impia Persarum facinora intueretur, nec illorum onera perferre amplius posset, regi ita rescripsit: Quoniam nos servi sumus Jesu Christi Dei nostri, non sustinemus vestri esse vectigales. Fac ergo quod vis. Jubente itaque rege, vinctus adductus fuit coram ipso unà cum sociis suis. Cùmque ingressus fuisset, ei, prout antea consueverat, venerationis signum nequaquam exhibuit. Interrogatus autem, cur id omisisset, respondit: Cùm pacem habebam, Regem venerari consueveram: quando autem vinctus accedo, ipsum amplius non veneror. Porrò cùm eum inde egredientem vidisset quidam Præpositus, qui antea Christianus fuerat, sed postea à Christo defecerat; conatus est ipsum amplecti. Sed à Simeone repulsus, ait: Si Simeon, homo cùm sit, me despicit; quomodo Christus, quem negavi, me recipiet ac diliget? Hoc comperto Rex ipsum Præpositum, simulque Episcopum, Presbyteros, Diaconos, aliosque centum & quinquaginta capite obtruncari mandavit.

Et

παρὰ τῶν πυρολάτρων Περσῶν. Καὶ καταμηνυθεὶς τῷ βασιλεῖ, ἐκρατήθη, καὶ παρέστη αὐτῷ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐρωτήσας αὐτὸν, καὶ ἰδὼν αὐτοῦ τὸ ἀμετάθετον, παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς Ἀρχιμάγοις, παραγγείλας αὐτοῖς, πεῖσαι αὐτὸν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν· οἱ δὲ πολλὰ βασανίσαντες, καὶ μὴ πείσαντες, ἀπεκεφάλισαν αὐτόν.

ΜΗΝΙ ΤΩ͂ ΑΥΤΩ͂

ΙΔʹ.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Συμεὼν, καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ.

ΣΥμεὼν ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἱερομάρτυς ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Σαβωρίου τοῦ Περσῶν βασιλέως· ὁρῶν δὲ τὰ παράνομα ἔργα τῶν Περσῶν, καὶ μὴ φέρων αὐτῶν τὰς ἐπιταγὰς, ἔγραψε τῷ βασιλεῖ· ὅτι ἡμεῖς δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ὑπάρχοντες, ὑπόφοροι ὑμῶν εἶναι οὐκ ἀνεχόμεθα. Ποίει οὖν ὃ βούλει. Ἀποστείλαντος οὖν τοῦ βασιλέως, ἤχθη δέσμιος μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ. Καὶ εἰσελθὼν, οὐ προσεκύνησεν, ὡς πρότερον αὐτόν· καὶ ἐρωτηθεὶς, διὰ τί οὐ προσεκύνησεν, εἶπεν· ὅτε εἶχον εἰρήνην, ἐποίουν τοῦτο· ὅτε δὲ δέσμιος παραγίνομαι, οὐ προσκυνῶ. Ἐξερχόμενον δὲ αὐτὸν πρὸς τὸ ἀποκλεισθῆναι εἰς φυλακὴν, ἰδών τις Πραιπόσιτος, ὁ πρότερον ὢν Χριστιανὸς, ὕστερον δὲ ἀρνησάμενος, ἠβουλήθη ἀσπάζεσθαι· καὶ μὴ προσδεχθεὶς, ἔφη. Εἰ Συμεὼν, ἄνθρωπος ὢν, ἀπεστράφη με, πῶς ὁ Χριστὸς ἀγαπήσει με, ὃν ἠρνησάμην; Καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ βασιλεὺς, ἀπεκεφάλισεν αὐτόν τε, καὶ τὸν Ἐπίσκοπον σὺν τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ ἑτέροις ἑκατὸν πεντήκοντα.

Καὶ

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Φασὶκ, καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ ἀσκητρίας.

ΟὟτος ὁ Μάρτυς, ὅτε ἀπεκεφαλίζοντο οἱ περὶ τὸν ἅγιον Συμεὼν ἅγιοι Μάρτυρες, παρεστὼς καὶ θεωρῶν, ἰδὼν ἕνα πρεσβύτερον, μέλλοντα ἐκτέμνεσθαι τὴν κεφαλὴν, φοβηθέντα, καὶ τρομάσαντα, ἔφη αὐτῷ· μὴ φοβοῦ, κάμμυσον τοὺς ὀφθαλμοὺς σου, καὶ ὁ Χριστὸς φωτίσει σε. Οὗτος ἐπιγνωσθεὶς, ὅτι τὰ Χριστιανῶν φρονεῖ, παρέστη τῷ βασιλεῖ· καὶ ἐρωτηθεὶς, καὶ ὁμολογήσας τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, πρῶτον μὲν ἐτμήθη τὴν γλῶσσαν· εἶτα ἐκδαρεὶς ἀπλεῶς ὅλου τοῦ σώματος τὸ δέρμα, ἀπέδωκε τὴν ψυχήν. εἶχε δὲ καὶ θυγατέρα Χριστιανὴν ἀσκήτριαν, καὶ ἀγαγὼν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς, κατηνάγκαζεν ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τῷ Ἡλίῳ, καὶ τῷ Πυρί. Ὡς δὲ οὐκ ἔπεισε, πρῶτον μὲν γυμνώσας αὐτὴν, ἔτυψεν ἀφειδῶς, καὶ λαμπάσι κατέφλεξε· καὶ κρεμάσας ἔξεσε μετὰ σιδηρῶν ὀνύχων· ἔπειτα ξίφει τὴν ἱερὰν αὐτῆς κεφαλὴν ἀπέτεμεν.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων χιλίων Μαρτύρων, καὶ Ἀζὰτ τοῦ εὐνούχου.

ΤΗ͂Σ σωτηριώδους ἑορτῆς ἐπιστάσης τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Παρασκευῆς, ἑώρταζον καὶ ἐν Περσίδι Χριστιανοὶ, καὶ ἐδοξολόγουν εὐχαριστοῦντες τῷ Χριστῷ, τῷ δι' ἡμᾶς ὑπομείναντι τὰ σωτήρια πάθη. Κρατηθέντος οὖν τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Ἐπισκόπου, καὶ ἀναιρεθέντος, καὶ μετ' ἐκείνου φονευθέντων καὶ ἄλλων πολλῶν (καὶ γὰρ ἀπὸ τῆς μεγάλης Παρασκευῆς μέχρι δεκάτης ἡμέρας, πᾶς Χριστιανὸς κρατούμενος ἐφονεύετο) ἐκρατήθησαν καὶ οὗτοι οἱ ἅγιοι, καὶ μετ' αὐτῶν Ἀζὰτ ὁ εὐνοῦχος, πλούσιος μὲν ὢν, καὶ πρῶτος τοῦ παλατίου, ἀγαπώμενος δὲ πλεῖστα καὶ τιμώμενος ὑπὸ τοῦ Σαβωρίου. Καὶ παραστάντες ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐρωτηθέντες καὶ ὁμολογήσαντες τὸν Χριστὸν παῤῥησίᾳ, ἀνῃρέθησαν πάντες. Μεταμεληθεὶς δὲ ὁ Σαβώριος ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ ἁγίου Ἀζὰτ, ἐνομοθέτησεν, ἐκ τότε μὴ φονεύεσθαι Χριστιανόν· καὶ ἐφυλάχθη ἕως καιροῦ.

Et certamen Sancti Martyris Phasic, ejusque filiæ sanctimonialis.

HIC martyr, cùm sancti Martyres socii sancti Simeonis decollarentur, eorum martyrio præsens, quemdam ex eis Presbyterum, dum caput ei obtruncandum esset, timentem ac trepidantem advertens, ipsi ait: Ne timeas, claude oculos tuos, & Christus te illuminabit. Unde Christianæ religionis affecla cognitus, adductus est coram rege: & ab ipso interrogatus, cùm Christi nomen confessus esset, primum quidem ei abscissa fuit lingua: deinde totius corporis pelle crudeliter detracta, animam emisit. Filiam autem habebat Christianam sanctimonialem, quam coram se adductam jussit Rex Christo renunciare, solique atque igni sacrificare. Cùm verò illa ad id suaderi non pateretur, primum quidem eam denudari mandavit, & crudeliter flagellis cædi, facibusque aduri: deinde suspendi, ac ferreis unguiculis dilaniari: sacram demum ipsius cervicem ense abscindi. S. Phasic, ejusque filia MM.

Et certamen Sanctorum mille Martyrum, & Azat Eunuchi.

REcurrentem sanctæ & magnæ Parasceves salutarem festivitatem etiam ii Christiani, qui in Perside erant, celebrabant, atque gloriosa recordatione recolebant; Christo gratias agentes, quod propter nostram salutem pati dignatus fuerit. Comprehenso autem & occiso sancto Simeone Episcopo, & aliis etiam plurimis cum eo interemptis (ab ipso siquidem magnæ Parasceves die per decem usque sequentes dies quicumque comprehendebantur Christiani, occidebantur:) hi etiam sancti tenti fuerunt, & cum ipsis Azates eunuchus, qui dives erat, & in palatio primus, dilectus plurimum, atque in honore habitus à Sapore. Hi itaque coram rege adducti, & ab ipso interrogati, cùm Christum animo confidenti professi essent, fuerunt omnes interempti. Pœnitentia autem ductus Sapores ob mortem sancti Azatis, lege cavit, nequis in posterum Christianus occideretur: & ad aliquod tempus ejusmodi edictum observatum fuit. SS. Azates, & mille Martyres.

Et certamen Sanctorum Martyrum Jacobi Presbyteri, & Azæ Diaconi.

SS. Jacobus Presb. & Azes Diacon. MM.

ISTI quoque sancti martyres Jacobus Presbyter, & Azes Diaconus in Perside fuerunt tempore persecutionis impii Saporis. Cùm autem Christum prædicarent, comprehendi eos jussit princeps Magorum, & in carcerem detrudi, ubi fame illos per plures dies afflixit. Posthæc è carcere eductos, coram se adduci mandavit & Christum abnegare impulit. Cùm verò non obtemperassent, primum quidem sinapi: & acetum in ipsorum nares injecit: deinde denudatos, & in ligno tota nocte suspensos, frigore illos excruciavit. Mane autem adhuc suspensos & nudos, virgis cædi mandavit, atque iterum in carcerem detrudi. Demum è carcere educti, capite obtruncati sunt. Sed cùm ad proximam paludem lictor descendisset, atque ibidem ensem abluisset, ipsius paludis aqua in sanguinem conversa est: atque ita diu permansit, ac demum exaruit.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἰακώβου πρεσβυτέρου, καὶ Ἄζη Διακόνου.

ΚΑΙ οὗτοι οἱ ἅγιοι Μάρτυρες Ἰάκωβος πρέσβυς, καὶ Ἄζης ὁ Διάκονος, ἐν Περσίδι ὑπῆρχον, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ διωγμοῦ τοῦ παρανόμου Σαβωρίου· κηρύττοντας δὲ τὸν Χριστὸν κρατήσας ὁ Ἀρχιμάγος, ἐνέβαλεν εἰς φυλακὴν, λιμῷ κολάσας αὐτοὺς ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις. Καὶ μετὰ ταῦτα τῆς φυλακῆς ἐκβαλὼν, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ ἀγαγὼν, κατηνάγκαζεν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Μὴ πειθομένους δὲ, πρῶτον μὲν σίναπι μετὰ ὄξους ταῖς μυκτῆρσιν αὐτῶν ἐνέβαλεν· ἔπειτα γυμνώσας αὐτοὺς, καὶ κρεμάσας ἐπὶ ξύλων κατὰ νύκτα, ἐτιμώρει τῷ κρύει. Καὶ ἐπὶ πρωΐας ἔτι κρεμαμένους γυμνοὺς ἔτυπτε ῥάβδοις, καὶ πάλιν ἐνεβλήθησαν εἰς φυλακήν· καὶ τῆς φυλακῆς ἐξελθόντες ἀπεκεφαλίσθησαν. Κατελθόντος δὲ τοῦ δημίου εἰς τὴν παρακειμένην λίμνην, καὶ τὸ ξίφος πλύναντος, μετεβλήθη τὸ ὕδωρ αὐτῆς εἰς αἷμα, καὶ διήρκεσεν ἐπὶ πολύ· εἶτα ἐξηράνθη.

EODEM MENSE

15. Die Decima quinta.

Certamen Sancti Martyris Sabæ Gotthi.

S. Sabas Gotthus M.

SAbas Christi martyr fuit ex regione Gotthorum, Valentiniano Imperatore. Cùm autem ab adolescentia Christianus esset, non modo cibos idolis immolatos aversatus est; sed & alios, qui illos gustare volebant, ab iis avertit. Pro illis verò eam, quæ in Christum est, fidem proponens, multos à se conversos baptizavit. Insurgentes proinde in eum idololatræ, vi ipsum ex civitate expulerunt. Post aliquod tempus cùm Athanaricus Gotthorum princeps persecutionem adversus Christianos excitasset, comprehensus fuit ipse Sabas, ac virgis cæsus. Deinde currus axi alligatus, ad domus trabem suspensus fuit. Cùmque cibos idolis immolatos gustare recusasset, ad flumen adductus, grandi ligno ad collum alligato, in illud projectus demersusque fuit, cùm suæ ætatis annum ageret trigesimum primum: atque ita alacriter ad Christum migravit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

ΙΕ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Σάβα τοῦ Γότθου.

ΣΑ'βας ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Οὐαλεντινιανοῦ, ἐκ τῆς χώρας δὲ τῶν Γότθων· ἐκ παιδόθεν δὲ Χριστιανὸς ὢν, οὐ μόνον ἀπεστρέφετο τὰ εἰδωλόθυτα βρώματα, ἀλλὰ καὶ τοὺς βουλομένους αὐτῶν ἀπογεύεσθαι διεκώλυεν. Ἀντὶ δὲ αὐτῶν τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν παρατιθέμενος, πολλοὺς ἐπιστρέφων ἐβάπτιζεν. Ἐπιστάντες οὖν αὐτῷ οἱ εἰδωλολάτραι, βίᾳ τῆς πόλεως ἀπήλασαν. Μετὰ δὲ χρόνον τινὰ, Ἀθαναρίχου τοῦ Ἄρχοντος τῶν Γότθων διωγμὸν κινήσαντος κατὰ τῶν Χριστιανῶν, κρατηθεὶς ἐτύφθη. Εἶτα ἐν τῷ τῆς ἁμάξης ἄξονι προσδεθεὶς, ἐπὶ τὴν δοκὸν τῆς οἰκίας ἐκρεμάσθη. Καὶ ἀπογεύσασθαι τῶν εἰδωλοθύτων μὴ πεισθεὶς, ἤχθη ἐπὶ τὸν ποταμόν. Καὶ προσδεθεὶς ξύλῳ μεγάλῳ ἀπὸ τοῦ τραχήλου, καὶ ῥιφθεὶς, ἐν αὐτῷ ἀπεπνίγη, χρόνων ὑπάρχων τριάκοντα καὶ ἑνός· καὶ οὕτω προθύμως ἀνέδραμε πρὸς Χριστόν.

Et

Καὶ

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐκ τῶν Ο'. Ἀριστάρχου, Πούδη, καὶ Τροφίμου.

ΟΙ Τρεῖς οὗτοι ἅγιοι Ἀπόστολοι τοῦ Χριστοῦ, Ἀρίσταρχος, Πούδης, καὶ Τρόφιμος, ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα Ἀποστόλων ὑπάρχοντες, ἠκολούθουν τῷ μεγάλῳ Ἀποστόλῳ Παύλῳ, κηρύττοντες καὶ αὐτοὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας διδάσκοντες, καὶ συγκακοπαθοῦντες τῷ διδασκάλῳ ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς αὐτοῦ· καὶ τέλος ἐν Ῥώμῃ, μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον, καὶ τὴν πρὸς Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκδημίαν, καὶ αὐτοὶ τὰς ἱερὰς αὐτῶν κεφαλὰς ὑπὸ Νέρωνος τοῦ παράφρονος ἀπετμήθησαν. Ταῦτα γὰρ ὁ τρισμακάριος καὶ πανόλβιος Δωρόθεος ἐν Ῥώμῃ γεγονὼς, διὰ Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου ἐν ὑπομνήμασι καταλέλοιπε· καὶ οὐ μόνον περὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων, καὶ ἄλλων πολλῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἱερῶν προφητῶν ἱστόρησεν· ἐγένετο γὰρ ὁ ἅγιος δι' εὐφυΐαν πολλὴν πολυμαθὴς, καὶ πολυΐστωρ, ὡς ἄλλος τις.

Et certamen Sanctorum Apostolorum ex Septuaginta, Aristarchi, Pudis, & Trophimi.

HI tres sancti Christi Apostoli Aristarchus, Pudes, ac Trophimus, cùm essent ex septuaginta Apostolis, secuti sunt magnum Apostolum Paulum, prædicantes etiam ipsi Christum, ac verbum veritatis edocentes: unà cum ipsorum magistro iisdem ærumnis affecti, ejusque in omnibus persecutionibus consortes. Demum Romæ post illius mortem, & ad Jesum Christum Dominum nostrum ex hac vita transitum, etiam ipsi, jussu dementis Neronis, sacris capitibus obtruncati fuerunt. Hæc autem omnia sanctissimus, ac beatissimus vir Dorotheus Romæ natus Romano idiomate in suis commentariis scripta reliquit: nec modo de his, sed etiam de reliquis Apostolis, & aliis pluribus sanctis, simulque de sacris Prophetis historiam conscripsit. Hic siquidem sanctus ob multam ingenii sui felicitarem multiplici doctrina & eruditione quibusvis longè præstitit.

SS. Aristarchus, Pudes, & Trophimus ex LXX.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων γυναικῶν, Βασιλίσσης, καὶ Ἀναστασίας.

ΒΑσίλισσα, καὶ Ἀναστασία αἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον μὲν ἀπὸ τῆς μεγάλης πόλεως Ῥώμης, εὐγενεῖς, καὶ πλούσιαι, μαθήτριαι δὲ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τούτων, τὰ τίμια αὐτῶν λείψανα ἀνελόμεναι νυκτὸς καὶ κηδεύσασαι, διεγνώσθησαν, καὶ κατεμηνύθησαν, καὶ αὗται τῷ δυσσεβεῖ, καὶ παράφρονι Νέρωνι, ὡς Χριστιαναί. Ὁ δὲ παραυτίκα ἀποστείλας ἐκράτησεν αὐτὰς, καὶ ἤγαγεν ἐνώπιον αὐτοῦ δεδεμένας ἁλύσεσι, καὶ κατηνάγκασεν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Μὴ πείσας δὲ αὐτὰς, τότε μὲν ἀπέκλεισεν εἰς φυλακήν· ὕστερον δὲ φυλακῆς ἐκβαλὼν, ἐτιμωρήσατο αὐτὰς διαφόρως. Καὶ γὰρ τοὺς μαστοὺς αὐτῶν ἐξέτεμε, καὶ τὰς γλώσσας ἀπέκοψε, καὶ κρεμάσας ἔξεσε, καὶ λαμπάσι κατέφλεξε, καὶ τέλος μαχαίραις τὰς τιμίας αὐτῶν ἀπέτεμε κεφαλάς.

Et certamen Sanctarum Martyrum mulierum Basilissæ, & Anastasiæ.

BAsilissa, & Anastasia Christi Martyres fuerunt ex magna urbe Roma, nobiles ac divites, & sanctorum Apostolorum discipulæ. Post horum verò mortem, cùm venerandas eorum reliquias nocte sustulissent, atque curassent, detectæ fuerunt, & tamquam Christianæ denunciatæ impio & dementi Neroni: qui illico eas comprehendi, & catenis vinctas coram se adduci mandavit, easque impulit Christum abnegare. At cùm id ipsis persuadere non valuisset, præcepit, ut in carcerem detruderentur. Postea verò è carcere eductas, multiplicibus tormentis excruciavit. Nam primum earum ubera excindi, & linguas amputari: deinde suspensas dilaniari, & facibus aduri: ac demum veneranda earum capita ensibus obtruncari jussit.

SS. Basilissa, & Anastasia MM.

EODEM MENSE

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

16. Die Decima sexta.

ιϛʹ.

Certamen Sancti Martyris Leonidis, & sociorum ejus.

S. Leonides, & socii MM.

HI sancti Martyres ex Græciæ regione fuerunt. Ac Leonides quidem cùm in festo Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi coram frequenti populo in ecclesia psalleret, festumque ageret, comprehensus fuit ab idololatris, & vinctus Corinthum adductus. Reliqui verò viri ac mulieres, qui ex diversis locis erant, provinciæ Præsidi oblati fuerunt. Qui simul vinculis constricti, & sancto Leonidi adjuncti, in carcerem detrusi sunt. Deinde è carcere educti, iterùm Corinthi Præsidi sistuntur. Cùmque ab eo impellerentur Christum negare, & idolis sacrificare, nec ad id induci possent, Leonides quidem ligno suspensus, crudeliter depexus est, facibusque in lateribus ustulatus: deinde è ligno depositus, unà cum sanctis sociis suis in profundum maris demersus fuit.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Λεωνίδους, καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ.

ΟΥ̓Τοι οἱ ἅγιοι ὑπῆρχον ἐκ τῆς χώρας Ἑλλάδος· καὶ ὁ μὲν Λεωνίδης ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετὰ πολλοῦ λαοῦ ψάλλων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἑορτάζων, ἐκρατήθη ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ δεθεὶς ἤχθη εἰς Κόρινθον. Οἱ δὲ λοιποὶ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, ἄλλος ἀλλαχόθεν ὄντες, παρέστησαν τῷ τῆς χώρας Ἄρχοντι· συλληφθέντες καὶ αὐτοὶ δέσμιοι, συνδεθέντες τῷ ἁγίῳ Λεωνίδῃ, ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακήν. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθέντες, παρέστησαν πάλιν τῷ τῆς Κορίνθου Ἄρχοντι, καὶ κατηναγκάζοντο ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπείσθησαν, ὁ μὲν Λεωνίδης κρεμασθεὶς ἐπὶ ξύλου, ἐξέσθη ἀφειδῶς, καὶ λαμπάσι τὰς πλευρὰς κατεφλέχθη. Εἶτα τοῦ ξύλου καταβιβασθεὶς, μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης ἀπερρίφη.

Et certamen Sanctæ Martyris Irenes.

S. Irene M.

SAncta quoque martyr Irene eodem sancti Paschatis tempore, & in eadem regione, cùm in propriæ domus oratorio unà cum eis, qui tunc secum erant, Christianis Deum glorificaret, ab impiis idololatris ad Præsidem delata est. Comprehensa igitur, vinculisque constricta, coram ipso sistitur: atque interrogata, confidenti animo Christum confessa est, verum Deum ipsum promulgans, totiusque terrarum orbis dominum, & rerum omnium opificem, servatorem ac redemptorem hominum, atque idolorum eversorem. Ideirco flagellis cæsa, in carcerem conjicitur, Præside in publicæ curæ negotiis occupato. Cùm autem ei postea ad id otium fuisset, è carcere iterùm educta, coram eodem adducitur. Et pluribus quidem vexata, crudeliter torquetur: nam lingua ei exeinditur, & dentes evelluntur, & caput demum gladio amputatur.

Καὶ Ἄθλησις τῆς ἁγίας Μάρτυρος Εἰρήνης.

ΚΑἸ ἡ ἁγία Μάρτυς Εἰρήνη, κατὰ τὸν τοιοῦτον καιρὸν τοῦ ἁγίου Πάσχα, ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ, ἐν ἰδίῳ εὐκτηρίῳ, μετὰ τῶν τότε Χριστιανῶν τὸν Θεὸν δοξολογοῦσα, κατεμηνύθη τῷ Ἄρχοντι παρὰ τῶν δυσσεβῶν εἰδωλολατρῶν· καὶ κρατηθεῖσα ἤχθη δεδεμένη, καὶ παρέστη αὐτῷ. Καὶ ἐρωτηθεῖσα, ὡμολόγησε τὸν Χριστὸν παῤῥησίᾳ, Θεὸν αὐτὸν ἀληθινὸν ἀνακηρύξασα, καὶ κύριον τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ καταλύτην τῶν εἰδώλων. Ὅθεν τυφθεῖσα ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν, ἀσχολουμένου τοῦ Ἄρχοντος εἰς δημοσίας φροντίδας. Εὐκαιρήσαντος δὲ αὐτοῦ, πάλιν ἐκβληθεῖσα τῆς φυλακῆς, παρέστη αὐτῷ. Καὶ ἀναγκασθεῖσα, ἐβασανίσθη ἰσχυρῶς· καὶ γὰρ τὴν γλῶτταν ἐξεκόπη, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐξεῤῥιζώθη, καὶ τέλος ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

Et

Καὶ

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀδριανοῦ.

ΚΑΙ' ὁ Μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Ἀδριανὸς εἷς ἦν τῶν τότε κρατηθέντων, καὶ διαφόροις φυλακαῖς παραπεμφθέντων· καὶ ἐκβληθεὶς τῆς φυλακῆς, θυσίας ἐπιτελουμένης τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς, καὶ πάντων τῶν πεπλανημένων ἑλλήνων θυόντων, ἠναγκάζετο καὶ αὐτὸς τῷ βωμῷ προσελθεῖν, καὶ λιβανωτὸν ἐπιθῦσαι. Αὐτὸς δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐπείσθη τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλ' ἀνδρεῖος ὢν, καὶ γενναῖος, δραμὼν κατέστρεψε τὸν βωμὸν, καὶ τὰς ἐπικειμένας ἐπ' αὐτῷ θυσίας διέχεε, καὶ τὸ πῦρ διεσκόρπισεν· εἰς ὀργὴν οὖν κινήσας τὸν Ἄρχοντα, καὶ τῶν παρεστώτων εἰδωλολατρῶν ἀνάψας τὸ πῦρ, κρατηθεὶς ἐμαστίζετο ἀφειδῶς. Ὁ μὲν γὰρ ῥάβδῳ ἔπληττεν αὐτὸν, ὁ δὲ λίθῳ τὸ στόμα συνέτριψεν, ἄλλος κατὰ κεφαλῆς ἔτυπτε. Καὶ τέλος ἀνάψαντες κάμινον μεγάλην, ἐνέβαλον αὐτὸν ἐκεῖ· καὶ οὕτω παρέδωκε τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ψυχὴν τῷ Κυρίῳ.

Et certamen Sancti Martyris Adriani.

ADrianus quoque Christi martyr ex illis fuit, qui eo tempore comprehensi, in diversos carceres detrusi fuerunt. Eductus autem è carcere, cùm sacrificium falsis diis fieret, Graecique omnes errore abducti sacrificarent, etiam ipse ad aram accedere cogitur, ac thura adolere. Verùm non modo id facere recusavit; sed cùm strenuus esset ac generosus, in aram insiluit, eamque evertit, & impositas super illa victimas disjecit, ignemque dispersit. Cùm proinde Praesidem in iram excitasset, & idololatrarum, qui ibi aderant, animum accendisset, comprehensus, crudeliter caesus fuit: alius siquidem virga ipsum percussit, alius lapide os ejus contrivit, alius ipsum in capite caecidit. Demum in succensam ardentem fornacem eum injecerunt. Atque ita suam sanctam animam Domino tradidit. S. Adrianus M.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι

ΙΖ'.

EODEM MENSE

Die Decima septima. 17.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀρδαλίωνος.

ΟὟτος ἐπὶ τῆς βασιλείας ἦν Μαξιμιανοῦ, τὰ μιμολόγων ποιῶν· ἔδοξεν οὖν αὐτῷ, μετὰ τῶν ἄλλων παιγνίων, καὶ τοῦτο ποιῆσαι. Ἑαυτὸν ἐποίησε Μάρτυρα, ἀγωνιζόμενον ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ· κρεμασθεὶς δὲ παρὰ τοῦ δῆθεν τυράννου, διέξεσο. Ὡς οὖν ἐπ' αὐτὸν κρότος παρὰ τῶν θεατῶν ἦν, ἐπαινούντων αὐτοῦ τὴν καρτερίαν, ἀνέκραξε μέγα, καὶ σιγὴν γενέσθαι παρασκευάσας, εἶπε πρὸς τὸν δῆμον· ὅτι μὴ νομίζετέ με παίγνιον ποιοῦντα· ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ Χριστιανὸν ὑπολαμβάνετε. Ἐγὼ γὰρ Χριστιανός εἰμι. Τότε ὁ ἄρχων ἀλλοιωθεὶς τὸ πρόσωπον, πρῶτον μὲν παρῄνεσεν αὐτῷ μεταθεῖναι τὴν γνώμην, καὶ μὴ κακῶς ἀποθανεῖν· ὁ δὲ μὴ πεισθεὶς, ἀλλ' ἐμμείνας τῇ εἰς Χριστὸν πίστει μέχρι θανάτου, πυρᾶς ἀναφθείσης μεγάλης, ἐν μέσῳ βληθεὶς, τὸ τέλος τῆς παρούσης ζωῆς χαίρων ἐδέξατο, καιρίαν δοὺς τῷ διαβόλῳ πληγήν.

Certamen Sancti Martyris Ardalionis.

FUIT hic, imperante Maximiano, mimicam artem exercens. Placuit autem ei, inter alios scenicos ludos, hunc etiam exhibere. Finxit se Martyrem esse pro Christo decertantem. Cùmque in scena ab eo, qui personam tyranni repraesentabat, suspenderetur ac depecteretur, ipsique à spectatoribus, ejus constantiam collaudantibus, plauderetur, voce magna exclamavit, & silentio indicto conversus ad populum dixit: Ne arbitremini me ludicra agere, sed in veritate pro Christiano me habete: ego enim Christianus sum. Tunc Praeses facie immutatus, primum quidem ipsum hortatus est, ut sententiam mutaret, ne turpem mortem obiret. Cùm verò ille non assentiretur, sed in Christi fide usque ad obitum persistere se velle affirmaret, ingenti lignorum strue accensa, in illius medium injectus, hujusce vitae finem laetus accepit, tempestivum vulnus Diabolo infligens. S. Ardalion M.

Et memoria Sancti Patris nostris Agapeti Papæ Romæ.

S. Agapetus Papa.

SAnctus Pater noster Agapetus, Justiniano imperante, in vetere Roma natus, propter religiosæ vitæ exercitationes & reliquas virtutes ad summi Pontificatus dignitatem ascendit. Fuit autem & editis miraculis clarus. Cùm enim aliquando ex urbe Roma egressus, Constantinopolim navigaret, ut Imperatorem inviseret, ac in Græciam venisset, ibique hominem quemdam mutum & præ infirmitate immobilem invenisset, manu apprehensum, incolumem reddidit. Deinde cùm auream Portam subiret, & in cœcum quemdam ibi sedentem incidisset, manu ei imposita, visum ipsi restituit. Unde apud Imperatorem & Senatum adeo venerabilis fuit, ut & Anthimum Trapezuntis Episcopum, Constantinopolitano throno incubantem, ac Eutychiana hæresi imbutum ejecerit, & illius loco sanctissimum Menam ordinaverit. Posthæc infirmitate correptus, ex hac vita decessit, & in templo sanctorum Apostolorum sepultus fuit.

Καὶ Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀγαπητοῦ Πάπα Ῥώμης.

ΑΓαπητὸς ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ἦν μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ, ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης· δι' ἀσκήσεως δὲ καὶ λοιπῆς ἀρετῆς εἰς τὸ τῆς Ἀρχιερωσύνης προῆλθεν ἀξίωμα. Ὑπῆρχε δὲ καὶ θαυματουργός· ἐξελθὼν γάρ ποτε ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν πλέων, ἐπὶ τὸ ἰδεῖν τὸν βασιλέα, κατὰ τὴν Ἑλλάδα γενόμενος, καὶ εὑρὼν ἄνθρωπον, ἄλαλον ὄντα καὶ ἀκίνητον, κρατήσας τῆς χειρὸς, ὑγιῆ ἐποίησεν. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ χρυσῇ γενόμενος πόρτῃ, καὶ ἐντυχὼν τυφλῷ καθεζομένῳ, ἐπιβαλὼν αὐτῷ τὴν χεῖρα, τοῦ βλέπειν ἐχαρίσατο. Οὕτω δὲ γέγονεν αἰδέσιμος τῷ βασιλεῖ, καὶ τῇ συγκλήτῳ, ὡς καὶ Ἄνθιμον τὸν Τραπεζοῦντος Ἐπίσκοπον, κακῶς ἐπιβάντα τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τὴν αἵρεσιν ἔχοντα τοῦ Εὐτυχοῦς, ἐκδιῶξαι, καὶ ἀντ' ἐκείνου χειροτονῆσαι τὸν ἁγιώτατον Μηνᾶν. Εἶτα νοσήσας ἐτελεύτησεν, καὶ ἐτέθη ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.

Et memoria Sanctæ Anthusæ.

S. Anthusa V.

SAncta Anthusa filia fuit Constantini Caballini, à quo jussa cuidam viro nubere, non assensit. Verùm post illius obitum libertatem adepta, suas omnes divitias distribuit: alias siquidem pauperibus dispersit, alias in ecclesiarum cœnobiorumque constructionem impendit, alias in captivorum redemptionem erogavit; vestes verò aureas, quas ipsa habebat, in ecclesiarum ornamentum convertit. Fuit insuper plurium orphanorum mater: projectos enim infantes colligens, eos educabat & instruebat; ac illos quidem, qui moriebantur, Deo commendabat; eos verò, qui vivebant, in senum hospitio collocabat. Sæpius autem vocata à religiosissima Irene, ejusque filio Constantino, ut unà cum ipsis imperaret, constanter recusavit. Demum sanctimonialis facta à sancto Tarasio, in monasterio Eumeniæ migravit ad Dominum.

Καὶ Μνήμη τῆς ἁγίας Ἀνθούσης.

ΗὉσία Ἀνθοῦσα γέγονε μὲν θυγάτηρ Κωνσταντίνου τοῦ Καβαλλίνου· ὑπ' ἐκείνου δὲ ἀναγκασθεῖσα συζευχθῆναι ἀνδρὶ, οὐκ ἐπείσθη· ἀλλὰ μετὰ τελευτὴν αὐτοῦ εὑροῦσα ἄδειαν, πάντα τὸν πλοῦτον αὐτῆς διεσκόρπισεν, τὸν μὲν δοῦσα τοῖς πτωχοῖς, τὸν δὲ δαπανήσασα εἰς ἐκκλησιῶν καὶ μοναστηρίων οἰκοδομὰς, τὸν δὲ εἰς ἀγορὰν αἰχμαλώτων, τὰ δὲ χρυσᾶ ἱμάτια αὐτῆς εἰς καλλωπισμὸν τῶν ἐκκλησιῶν. Γέγονε δὲ καὶ πολλῶν ὀρφανῶν μήτηρ· καὶ γὰρ τὰ ῥιπτόμενα παιδία συνάγουσα, ἀνέτρεφε καὶ ἐπαίδευσε· καὶ τὰ μὲν τῷ Θεῷ παρέπεμπεν τελευτήσαντα, τὰ δὲ ζῶντα εἰς γηροκομία κατέταττε. Πολλάκις δὲ παρακαλουμένη παρὰ τῆς εὐσεβεστάτης Εἰρήνης, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς Κωνσταντίνου, συμβασιλεύειν αὐτοῖς, οὐκ ἐπείσθη· ἀλλὰ γενομένη μοναχὴ παρὰ τοῦ ἁγίου Ταρασίου, ἐν τῇ μονῇ τῆς Εὐμενίας, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩ͂ ΑΥΤΩ͂

ΙΗ΄.

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Κοσμᾶ τοῦ Ὁμολογητοῦ.

ΚΟσμᾶς ὁ ἁγιώτατος Ἱεράρχης καὶ Ὁμολογητὴς τοῦ Χριστοῦ, γέγονε μὲν ἐκ Κωνσταντινουπόλεως· ἐκ βρέφους δὲ τὸν Θεὸν ἀγαπήσας, ἀφῆκε τὸν κόσμον, καὶ ἀπελθὼν ἐγένετο μοναχός. Καὶ δι' ἀσκήσεως, καὶ λοιπῆς ἀρετῆς ἑαυτὸν ἐκκαθάρας, καὶ Θεοῦ γενόμενος κατοικητήριον, ἐχειροτονήθη Χαλκηδόνος Ἐπίσκοπος, κατὰ τὸν καιρὸν τῶν δυσσεβῶν Εἰκονομάχων, ὅτε καὶ πολλοὺς ἀγῶνας ἐνεδείξατο ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Ἀναγκαζόμενος γὰρ ὑπὸ τῶν κρατούντων ἀρνήσασθαι τὴν προσκύνησιν τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων, καὶ μὴ πειθόμενος, ἐξωρίζετο, καὶ πλείστους ὑπέμεινε πειρασμούς. Καὶ πάλιν ἀνακαλούμενος, καὶ βιαζόμενος συνθέσθαι τῇ αἱρέσει αὐτῶν, καὶ μηδὲ ἀνεχόμενος αὐτῶν ἀκοῦσαι, μυρίαις συμφοραῖς περιέπιπτεν, ἅμα τῷ ὁσίῳ Αὐξεντίῳ, μεθ' οὗ καὶ ἠγωνίζετο· καὶ οὕτω πειραζόμενος, καὶ νικῶν πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου Ἰωάννου μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Δεκαπολίτου.

ἸΩάννης ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων τὸν κόσμον μισήσας, καὶ τὸν Χριστὸν ἀγαπήσας, ἀπελθὼν πρὸς τὸν μέγαν Γρηγόριον τὸν Δεκαπολίτην, καὶ γενόμενος ὑπ' ἐκείνου μοναχὸς, τὸν λοιπὸν συνῆν αὐτῷ ἀγωνιζόμενος, καὶ ἐν πᾶσι τὸν Θεὸν θεραπεύων. Οὕτω δὲ γέγονεν εἰς ὑπακοὴν περιβόητος, καὶ εἰς ὑποταγὴν πειθήνιος, καὶ ἑτοιμότατος θεραπευτὴς, ὡς καὶ τὸν μέγαν Γρηγόριον ἐπ' αὐτῷ χαίρειν, καὶ τὸν Θεὸν δοξάζειν. Μετὰ δὲ τὴν τελείωσιν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν αὐτοῦ ἐκδημίαν, ἀπῆλθεν εἰς χώραν ξένην καὶ ἄγνωστον, διὰ τὸν ξενιτεύσαντα Κύριον, καὶ ἐπὶ ξένοις τεχθέντα, καὶ ἠγωνίζετο. Εἶτα καταλαβὼν τοὺς ἁγίους τόπους, ἀπῆλθεν εἰς τὴν τοῦ μακαρίου Χαρίτωνος λαύραν, καὶ ἐπέδωκεν ἑαυτὸν εἰς πλείους ἀγῶνας ἀρετῆς. Καὶ οὕτω καλῶς βιώσας, ἐν εἰρήνῃ πρὸς τὸν τῆς εἰρήνης, ὃν ἡλικῶς ἠγάπησεν, ἀναλύει Θεόν.

Καὶ

EODEM MENSE

Die Decima octava. 18.

Memoria Sancti Cosmæ Confessoris.

COsmas sanctissimus Pontifex & Christi Confessor ex urbe Constantinopolitana ortum duxit. Ab ineunte verò ætate Deum amore prosecutus, mundum reliquit, & abiens, monachus factus est. Cùmque seipsum religiosis exercitationibus ac reliquis virtutibus expurgasset, Deique domicilium evasisset, Chalcedonensis Episcopus ordinatus fuit, impiorum Iconomachorum tempore. Idcirco propter orthodoxam fidem plura sustinuit certamina. Impulsus enim ab iis, qui tunc rerum potiebantur, abnegare cultum sacrarum & venerabilium imaginum, cùm ad id induci nequiret, in exilium ejectus fuit, & plurimas pertulit calamitates. Sed ab exilio revocatus, & compulsus eorum hæresi consentire, cùm ipsos neque audire vellet, multiplicibus ærumnis subjectus fuit unà cum sancto Auxentio, cum quo eadem subivit certamina. Atque ita tentatus ac triumphans, migravit ad Dominum.

S. Cosmas Episc. & Confessor.

Et memoria Sancti Joannis discipuli Sancti Gregorii Decapolitæ.

ἸΆκωβος ὁ μέγας Ἀπόστολος, υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Μνήστορος, ἀδελφὸς δὲ κατὰ σάρκα τοῦ Κυρίου, ὑφ' οὗ καὶ ἐχειροτονήθη πρῶτος Ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων. Ὑπάρχων δὲ εὐλαβὴς καὶ ἐγκρατὴς, ἐλεήμων καὶ συμπαθὴς, ἐπεκλήθη Δίκαιος. Τίνες οὖν, ὧν ἦρχεν Ἀνανὸς ὁ Ἱερεὺς τῶν Ἰουδαίων, τῆς κατὰ Παύλου ἐπιβουλῆς ἀποτυχόντες, ἐκείνου πρὸς Ῥώμην ἀπελθέν-

JAcobus magnus Apostolus, filius fuit Josephi Sponsi, frater autem Domini secundùm carnem, à quo & primus Hierosolymorum Episcopus ordinatus est. Cùm verò pius esset, & continens, nec non misericors, & miserator, cognominatus est Justus. Hinc nonnulli, quorum Ananus Judæorum sacerdos dux erat, consilio, quod adversus Paulum inierant, frustrati, (quippe qui Romam profectus fuerat:) paratas insidias adversus Jacobum S. Jacobus frater Domini, Apostolus.

bum converterunt. Cùm igitur ipsum comprehendissent, à Christo eum avertere conati sunt. Deinde supra templi pinnaculum ipsum deferentes: Dic nobis, inquiunt, elata voce, ò Juste: Quodnam est ostium Jesu? Ille verò ait: Quid me de Jesu interrogatis? Ipse enim est, qui in cœlis sedet ad dexteram Patris, & iterùm venturus est judicare mundum universum in justitia. Porrò illi cùm hæc audissent, exclamarunt: heu, heu, etiam Justus erravit: illumque ex templi culmine deorsum præcipitem egerunt: cùmque animam adhuc ageret, quidam fullo ligno eum percutiens interemit.

θόντος, τρέπονται κατὰ τοῦ Ἰακώβου. Καὶ κρατήσαντες αὐτὸν, ἠνάγκαζον ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν· Καὶ ἀγαγόντες ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, ἔλεγον αὐτῷ. Εἰπὲ ἡμῖν, Δίκαιε, μεγάλῃ φωνῇ· Τίς ἐστιν ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ; Ὁ δὲ εἶπεν· Τί με ἐρωτᾶτε περὶ τοῦ Ἰησοῦ; Αὐτός ἐστιν ὁ ἐν οὐρανοῖς καθήμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, καὶ μέλλων ἔρχεσθαι κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. Καὶ εἰπόντες, ὢ, ὢ, καὶ ὁ Δίκαιος πεπλάνηται, ἔρριψαν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ κάτω. Καὶ ἔτι ἐμπνέοντα, πλήξας τὶς κναφεὺς ξύλῳ, ἀπέκτεινε.



M E-



MENOLOGII GRÆCORUM
MENSIS MAJUS.

ΜΗΝΙ ΜΑΪΩ

Ἐν τῇ Πρώτῃ.

Ἡ Κοίμησις τοῦ ἁγίου Προφήτου Ἱερεμίου.



Ἱερεμίας ὁ ἐκλεκτὸς Προφήτης τοῦ Θεοῦ, ὑπῆρχεν ἐκ τῆς Ἰουδαίας χώρας· προεφήτευσε δὲ καὶ ἕτερα μὲν πολλά, ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλήμ. Διὸ καὶ ἔλαβε τὴν κιβωτὸν τοῦ νόμου, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἅγια πάντα, καὶ κρύψας εἰς πέτραν, εἶπε τοῖς παρεστῶσιν. Ἀπεδήμησε Κύριος ἐκ Σινᾶ εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ πάλιν ἐλεύσεται ἐν Σινᾶ ἐν δυνάμει· καὶ σημεῖον ὑμῖν ἔσαι τῆς παρουσίας αὐτοῦ, ὅταν ξύλον προσκυνήσωσι πάντα τὰ ἔθνη. Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ πέτρᾳ, ἐν ᾗ ἔκρυψε τὴν κιβωτόν, ὡς νεφέλη σκιάζουσα τὸν τόπον ἕως τῆς σήμερον. Ἐβασανίσθη δὲ πολλὰ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, διότι ἤλεγχεν αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν. Ἀπελθὼν εἰς Αἴγυπτον, προ-

MENSE MAJO

Die Prima. 1.

Dormitio Sancti Hieremiæ Prophetæ.



Ieremias electus Dei Propheta fuit ex Judæa regione: & multa quidem vaticinatus est; præsertim verò Hierosolymorum expugnationem. Quapropter Arcam legis, & sacra omnia, quæ in ea erant, accipiens, in petra abscondit; illos qui aderant, sic allocutus. Migravit Dominus ex Sina in cœlum, ac rursus veniet in Sina cum potestate; signumque vobis erit adventus ipsius, quando gentes omnes lignum adorabunt. Quæ cùm dixisset, illico super eam petram, in qua Arcam absconderat, nubes apparuit, locum illum usque in præsentem diem obumbrans. Plures deinde ærumnas à Judæis sustulit, quod eorum iniquitates redargueret. Cùm verò in Ægyptum abiisset, prædixit fore, ut eorum simulacra concuterentur, & conciderent propter Salvatorem puerum ex virgine in stabulo

S. Hieremias Propheta.

lo nasciturum. Ac demùm cùm in urbe Ægypti Taphnis degeret, lapidibus à populo obrutus, è vita decessit, prope domum Pharaonis sepultus.

Et certamen Sancti Martyris Batæ.

S. Batas Martyr. Sanctus martyr Batas ex regione Persidis oriundus, fidem Christi à parentibus edoctus est. Cùm verò trigesimum ætatis suæ annum ageret, relictis patre, matre, uxore, liberis, & omnibus quibus affluebat divitiis, abiit, & monasticum institutum suscepit: in quo cùm optime sese exercuisset, martyrio vitam finire exoptavit. Mota igitur adversus Christianos persecutione, cùm reliqui, qui cum ipso erant monachi, ex monasterio aufugissent, ipse solus permansit: ubi comprehensus, præsidi Nisibis traditur, ab eoque compellitur Christum abnegare, solemque & ignem adorare. Quod cùm ille facere detrectaret, summaque animi fiducia Christum profiteretur, à decem satellitibus ambæ ejus manus extensæ sunt, humerique ex nimia violentia disrupti. Deinde cùm partes genitales funibus essent arctè constrictæ, raptatus est, virgisque percussus. Demùm in omnibus corporis membris acriter cæsus, gladio vitam finivit.

EODEM MENSE

Die Secunda.

2.

Certamen Sanctorum Martyrum Hesperi, Zoës, & filiorum.

SS. Hesperus, Zoe, & filii MM. Sancti Martyres Hesperus, & Zoë cum filiis, imperante Adriano, erant ex regione Italiæ, servi cujusdam divitis. Cùm autem Cyriacus, & Theodulus à parentibus suis Christianè educati essent, die quadam dixerunt eis: Quare servimus impiis istis, & non potius Christo, ne pereamus cum illis? Audiens hæc mater ipsorum, dixit: Resistite ei, qui emit corpora nostra, & martyrium pro Christo sustinebimus. Tunc abeuntes pueri, domino suo dixerunt: Corpora quidem nostra tuæ subjiciuntur potestati; animarum verò nostrarum dominus est Jesus Christus, qui omnium dominatur. Amodo non tibi, sed illi serviemus. Obstupescens ad hæc dominus illorum, tunc quidem illos ad Hesperum patrem misit,

προεφήτευσεν ὅτι δεῖ σεισθῆναι τὰ εἴδωλα αὐτῶν καὶ συμπεσεῖν διὰ Σωτῆρος παιδίου ἐκ παρθένου γεννηθησομένου ἐν φάτνῃ. Γενόμενος δὲ ἐν Τάφναις πόλει τῆς Αἰγύπτου, καὶ λίθοις βληθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ, ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη ἐγγὺς τοῦ οἴκου Φαραώ.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ Ὁσιομάρτυρος Βατᾶ.

Ὁ Ἅγιος Βατᾶς ἦν μὲν ἐκ τῆς χώρας Περσίδος, ἐκ προγόνων τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν μαθών. Τριακονταετὴς δὲ γενόμενος, καταλιπὼν πατέρα, μητέρα, γυναῖκα, τέκνα, καὶ πάντα τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, ἀπελθὼν ἐγένετο μοναχός. Καὶ ἀσκήσας καλῶς, ἐπεθύμησε καὶ τῷ διὰ μαρτυρίου τελειωθῆναι. Κινηθέντος οὖν διωγμοῦ κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ πάντων τῶν σὺν αὐτῷ μοναχῶν ἐκ τῆς μονῆς φυγόντων, αὐτὸς μόνος ὑπέμεινεν. Ἔνθα κρατηθεὶς, παρεδόθη τῷ Ἄρχοντι Νισίβεως. Καὶ παρ᾽ ἐκείνου ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, προσκυνῆσαι δὲ τῷ ἡλίῳ, καὶ τῷ πυρὶ, οὐκ ἐπείσθη, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν ὡμολόγει. Ἐκταθεὶς οὖν ὑπὸ δέκα στρατιωτῶν ἐξ ἑκατέρων τῶν χειρῶν, ἀπὸ τῆς πολλῆς βίας ἐξηρθρώθη τοὺς ὤμους. Εἶτα δεθεὶς ἀπὸ τῶν σπερμογόνων μορίων σχοινίοις ἐσύρετο, ῥοπάλοις τυπτόμενος, καὶ μετὰ ταῦτα τυφθεὶς πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος, μαχαίρᾳ ἐτελειώθη.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

Β'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἑσπέρου, Ζωῆς, Καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν.

Ἕσπερος, καὶ Ζωὴ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῶν, οἱ ἅγιοι Μάρτυρες, ὑπῆρχον μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἀδριανοῦ, ἐκ τῆς χώρας Ἰταλίας, δοῦλοι δὲ πλουσίου τινός. Ἀνατραφέντες οὖν Χριστιανικῶς Κυριακὸς καὶ Θεόδουλος ὑπὸ τῶν γονέων αὐτῶν, ἐν μιᾷ εἶπον αὐτοῖς. Διὰ τί δουλεύομεν τοῖς ἀσεβέσι τούτοις, καὶ οὐ τῷ Χριστῷ; μήποτε συναπολώμεθα αὐτοῖς. Τούτων ἀκούσασα ἡ μήτηρ, εἶπεν· Ἀντίστητε τῷ ἀγοράσαντι ἡμῶν τὰ σώματα, καὶ μαρτυρήσομεν ὑπὲρ Χριστοῦ. Τότε ἀπελθόντες οἱ παῖδες, εἶπον τῷ κυρίῳ ἑαυτῶν. Ἐπεὶ τῶν μὲν σωμάτων ἡμῶν κύριος ὑπάρχεις, τῶν δὲ ψυχῶν ὁ

δεσ-

δεσπότης Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ πάντων κύριος· ἀπὸ τοῦ νῦν οὐ σοί, ἀλλ᾽ ἐκείνῳ δουλεύσομεν. Ἐκπλαγεὶς οὖν ὁ κύριος αὐτῶν, τότε μὲν ἔπεμψεν αὐτοὺς πρὸς Ἕσπερον τὸν πατέρα αὐτῶν, ὄντα ἐν τῇ πόλει Τριπωνίου. Ὕστερον δὲ ἀγαγὼν τόν τε πατέρα, καὶ μητέρα, καὶ βασανίσας, τέλος φοῦρνον ἐκκαύσας, καὶ ἐμβαλὼν αὐτοὺς, ἐν αὐτῷ ἔκαυσεν.

misit, in Trironio urbe versantem: postea verò patrem matremque accersens, torqueri illos jussit: demum in fornacem accensam injecit, flammisque combussit.

Καὶ Κοίμησις τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Ἀθανάσιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, καὶ Κωνσταντίου υἱοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς πόλεως Ἀλεξανδρείας, παιδόθεν τὸν Θεὸν ἀγαπῶν, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως ἀντιποιούμενος. Καὶ γὰρ παιδίον ὢν, παραλαβὼν τοὺς συνηλικιώτας, ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης παρεγένετο. Καὶ ὡς ἐν παιδιᾷ χηματίσας ἑαυτὸν Ἐπίσκοπον, καὶ ἐκ τῶν σὺν αὐτῷ προχειρισάμενος πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, ἐβάπτισε τὰ λοιπὰ παιδία τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Ἰουδαίων τῷ τῆς θαλάσσης ὕδατι. Θεωρῶν δὲ ταῦτα ἄνωθεν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος, ἐθαύμαζεν· καὶ γνοὺς τῷ πνεύματι ὡς μελλόντων εἰσὶ τὰ πραττόμενα προμηνύματα, τοὺς μὲν παῖδας τῷ θείῳ μύρῳ ἐπιχρίσας ἐτελείωσεν· Ἀθανάσιος δὲ παρ᾽ αὐτοῦ γραμματισθεὶς πρότερον, καὶ γενόμενος Ἀναγνώστης, ὕστερον προεχειρίσθη καὶ Ἐπίσκοπος· καὶ πολλὰ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγωνισάμενος, ἐτελειώθη.

Et Dormitio Sancti Patris nostri Athanasii Episcopi Alexandriæ.

Sanctus pater noster Athanasius ex urbe Alexandria oriuodus, imperantibus Constantino Magno, ejusque filio Constantio, floruit. A puero Deum dilexit, ordinemque ecclesiasticum imitari studuit. Nam puer cùm esset, coætaneos assumens, ad litus maris accessit, ac veluti pueriliter seipsum Episcopum simulans, ex iis qui cum ipso erant, alios quidem Presbyteros & Diaconos ordinavit; reliquos verò Græcorum Judæorumque pueros aqua maris baptizavit. Hæc Alexander Alexandriæ Episcopus eminus contemplatus, obstupuit: spiritu autem cognoscens, ea quæ facta erant, futurorum esse præsagia, pueros quidem divino Chrismate ungens, perfecit. Athanasius autem literis primum ab ipso instructus, est: mox Lector factus: demùm Episcopus ordinatus. Cùm autem multa certamina pro pietate subiisset, vitam finivit. S. Athanasius Episc. Alexandriæ.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Γ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Τιμοθέου, καὶ Μαύρας.

Τιμόθεος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν μὲν Ἀναγνώστης τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας· νόμῳ δὲ γάμου τὴν Μαῦραν εἰς γυναῖκα λαβὼν, ἡμερῶν εἴκοσι μὴ παρελθουσῶν, ἐκρατήθη παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν· καὶ δεθεὶς, ἤχθη πρὸς Ἀρριανὸν τὸν Ἡγεμόνα Θηβαΐδος, καὶ παρεδόθη αὐτῷ. Τότε λέγει αὐτῷ· Φέρε τὰς βίβλους σου, καὶ καῦσον αὐτὰς ἔμπροσθέν μου. Τοῦ δὲ ἁγίου μὴ πεισθέντος τοῦτο ποιῦ-

EODEM MENSE

Die Tertia.

Certamen Sanctorum Martyrum Timothei, & Mauræ.

Timotheus Christi martyt, sanctissimæ Dei ecclesiæ Lector fuit. Cùm autem conjugii lege Mauram accepisset in uxorem, vix elapsis diebus viginti, comprehensus est ab idololatris, & vinctus, ad Arrianum Thebaidis præsidem adductus, eique traditus: qui ait ei: Affer libros tuos, eosque coram me combure. Cùm autem sanctus id facere renueret, candentibus laminis ferreis in ejus aures immissis, statim exciderunt pupillæ oculorum ejus. Deinde totæ per talos alligatur, SS. Timotheus, & Maura Martyres.

tur; lignumque ori ejus imponitur: & saxo ad collum alligato, inverso capite suspenditur. Cùmque nihil ei præses persuadere potuisset, præcepit conjugi ejus, ut hortaretur eum deficere à Christo. At illa elegit potiùs martyrium pati. Quare evelli jussit crines capitis ejus, ac demum utrumque ad parietem clavis configi: ubi novem dierum spatio perseverantes, vitam consummarunt.

ποιῆσαι, σίδηρα πεπυρωμένα ἐνέβαλλεν εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ· καὶ παραυτίκα αἱ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ κόραι ἐξέπεσον. Εἶτα δεσμεῖται ἐπὶ τροχοῦ τοὺς ἀστραγάλους αὐτοῦ, καὶ ξύλον ἐμβάλλει εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ· καὶ λίθον τῷ τραχήλῳ αὐτοῦ προσδήσας, ἐκρέμασε κατὰ κεφαλῆς. Ὡς δὲ οὐκ ἔπεισεν αὐτὸν, λέγει τῇ συμβίῳ αὐτοῦ, παραινέσαι αὐτῷ ἀποστῆναι τοῦ Χριστοῦ. Ἡ δὲ μᾶλλον καὶ αὐτὴ ᾑρετίσατο μαρτυρῆσαι. Ὅθεν ἀνασπῶσι τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτῆς. Καὶ μετὰ ταῦτα προσηλωθέντες ἀμφότεροι τείχῳ, ἐπὶ ἐννέα ἡμέραις καρτερήσαντες, ἐτελειώθησαν.

Et memoria Sancti Patris nostri Petri Thaumaturgi.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Πέτρου τοῦ Θαυματουργοῦ.

S. Petrus Thaumaturgus Episc.

SAnctus Pater noster Petrus Constantinopolim patriam habuit, piorum parentum filius, qui tandem monachi facti sunt. Sic autem in virtute decertavit, ut non sit facile explicatu. Non enim solum in vigiliis & meditationibus sacrarum Scripturarum superabat omnes; sed & eleemosyna, & in pauperes commiseratione. Hinc coactus fieri Corinthi Archiepiscopus, propter animi demissionem, ac modestiam adduci non potuit, ut consentiret. Ordinato igitur fratre ejus Paulo, secutus eum est. Precibus autem Argivorum, consecratus Argis Episcopus, adeo eleemosynis incubuit, ut singulis diebus nihil in penu ejus reperire esset, præter tunicam, quam gerebat: nec ullum ad se venientem pauperem repellebat. Unde multis patratis miraculis, cùm Deo servisset, in pace decessit.

ΠΈτρος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχε μὲν ἐκ Κωνσταντινουπόλεως, γονέων εὐλαβῶν υἱὸς, τῶν ὕστερον γεγονότων καὶ μοναχῶν. Καὶ τοσοῦτον ἠγωνίσατο εἰς ἀρετὴν, ὅσον οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Οὐ μόνον γὰρ ἀγρυπνίᾳ καὶ μελέτῃ τῶν θείων γραφῶν πάντας ἐνίκησεν, ἀλλὰ καὶ ἐλεημοσύνῃ, καὶ τῇ πρὸς τοὺς πένητας συμπαθείᾳ. Ἐξ οὗ καὶ καταναγκασθεὶς γενέσθαι Κορίνθου Ἀρχιεπίσκοπος, οὐκ ἐπείσθη, διὰ ταπείνωσιν καὶ εὐλάβειαν. Καὶ χειροτονηθέντι Παύλῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, συγκατῆλθε· καὶ παρακλήσει τῶν Ἀργείων ἐχειροτονήθη Ἄργους Ἐπίσκοπος. Καὶ οὕτως ἐσπούδασεν εἰς ἐλεημοσύνην, ὡς μηδὲν καθ' ἑκάστην συγχωρεῖν εὑρίσκεσθαι ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ, πλὴν τοῦ χιτῶνος, ὃν ἐφόρει, καὶ μηδὲ ἐκείνου φείδεσθαι, πτωχοῦ προσελθόντος. Ὅθεν πολλὰ θαύματα ποιήσας, καὶ τὸν Θεὸν θεραπεύσας, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

Δ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Σιλβανοῦ.

Σιλβανὸς ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἱερομάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς τῶν Γαζαίων χώρας, στρατιώτης δὲ πρότερον ὑπάρχων, ὕστερον διὰ Χριστὸν καταλιπὼν τὸ στρατεύεσθαι τῷ γηΐνῳ βασιλεῖ, ἐστρατεύθη τῷ ἐπουρανίῳ βασιλεῖ Χριστῷ. Διὸ καὶ ἱεροσύνης καταξιοῦται, γενόμενος Πρεσβύτερος, εἶτα Ἐπίσκοπος. Ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ δὲ προσκαρτερῶν ἐκκλησίᾳ, καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ ἐπιστρέφων ἐπὶ τὸν Κύριον, ἐκρατήθη ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν. Καὶ ἀχθεὶς εἰς μέσον τοῦ δήμου τῶν Καισαρέων, ἐτύφθη ἀφειδῶς. Εἶτα κρεμασθεὶς, ἐξέσθη ἰσχυρῶς· καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τοῖς τοῦ χαλκοῦ μετάλλοις χαλκεύειν κατεδικάσθη. Ἐν οἷς πλεῖστα τιμωρηθεὶς, καὶ τὸν Χριστὸν οὐ μόνον ὁμολογεῖν μὴ παυσάμενος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις, καὶ μάλιστα τοῖς μετ' αὐτοῦ οὖσι Θεὸν κηρύττων ἀληθινὸν, μετὰ καὶ ἄλλων τεσσαράκοντα Μαρτύρων τῶν ὑπ' αὐτοῦ διδαχθέντων, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ὀλβιανοῦ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

Ὀλβιανὸς ὁ θεῖος Ἱερομάρτυς Ἐπίσκοπος ἦν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ βασιλέως, ἡγεμονεύοντος τῆς Ἀσίας Αἰλιανοῦ. Ἀγριππίνου δέ τινος ἱερέως ὄντος τῶν εἰδώλων, θυσίαν ἐπιτελοῦντος τῇ Ἥρᾳ, κρατηθεὶς ἠναγκάζετο θῦσαι, καὶ λιβανωτὸν ἐπιβαλεῖν τῷ βωμῷ. Ὁ δὲ πολλαῖς ἀντιθέσεσι καὶ λόγοις εὐσεβέσι τὴν μὲν κατὰ Χριστὸν πίστιν ἐξύμνει καὶ ἐπαινῶν, τὴν δὲ τῶν εἰδώλων θρησκείαν κακίζων, καὶ διαβάλλων, πρῶτον μὲν σουβλίοις πεπυρωμένοις τὰ σπλάγχνα καὶ τὰ ψύα διακαίεται. Εἶτα ῥάβδοις ἀφειδῶς τύπτεται, καὶ τῇ φυλακῇ παραδίδοται. Ἐκβληθεὶς δὲ μετὰ τοῦτο τῆς φυλακῆς, καὶ πάλιν ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθεὶς, μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ τὴν διὰ πυρὸς ἀπόφασιν δέχεται. Καὶ ἀναφθείσης καμίνου καιομένης μεγάλης σφόδρα, μετὰ αὐτῶν ἐμβληθεὶς ἐν αὐτῇ, ἐτελειώθη.

Καὶ

EODEM MENSE

Die Quarta. 4.

Certamen Sancti Silvani Martyris.

S. Silvanus Episc. & Mart. & socii XL.

SAnctus Christi martyr Silvanus, fuit ex Gazæorum regione, primùm quidem miles, postea verò abdicatis pro Christo terreni regis castris, militiam cœlestis regis Christi suscepit. Quare & sacerdotio dignus habitus, primum Presbyter, dein Episcopus ordinatus est. Cùm verò commissæ sibi ecclesiæ regimini assiduè incumberet, & multos ex Græcis sua doctrina ad Dominum converteret, comprehensus ab idololatris, & coram Cæsareensi populo in medium productus, crudeliter cæsus est: deinde suspensus, graviterque dilaniatus, ad æris metalla effodienda damnatur: ubi cùm plures ærumnas sustinuisset, ac Christum non modo profiteri non cessaret, verùm etiam aliis, & maximè iis, qui cum ipso erant, verum Deum annunciaret, unà cum aliis quadraginta Martyribus, qui ab ipso edocti fuerant, capite obtruncatus fuit.

Et certamen sacrosancti Martyris Olbiani, & discipulorum ejus.

SS. Olbianus Episcopus, & Discipuli Martyres.

OLbianus divinus Sacromartyr, Episcopus fuit, Maximiano imperante, atque Æliano Asiæ præside. Cùm autem quidam idolorum sacerdos, nomine Agrippinus, sacrificium Junoni offerret, comprehensus & ipse, adigebatur sacrificare, atque aræ thus adolere. Verùm ille multis argumentis piisque sermonibus Christianam quidem fidem exaltavit, & collaudavit; superstitiosum autem idolorum cultum depressit, & damnavit. Quapropter ignitis primùm subulis viscera ejus, & lumbi aduruntur: virgis deinde crudeliter verberatus, in carcerem detruditur: postea verò ex carcere eductus, ac denuo compulsus Christum abnegare, & idolis sacrificare, cùm id facere recusasset, unà cum discipulis suis ad ignem damnatus est: ac proinde ingenti fornace accensa, unà cum illis in eam projectus, vitam finivit.

Et memoria Sancti Nicephori Hegumeni monasterii Medicii.

S. Nicephorus Hegumenus monaster. Medicii.

Sanctus Nicephorus vixit temporibus Iconomachorum. A pueritia cùm Christi amore flagraret, hæresimque valde adauctam videret, relicto mundo & omnibus quæ in eo sunt, monachus factus, secessit in montes, egitque vitam tranquillam, orationibus ac jejuniis vacans, ac Deo pro publica mundi quiete preces offerens. Deinde sedata paululùm hæresi, monachis enixè rogantibus, monasterio Medicii præfuit. Verùm ea lue iterum recrudescente, atque hæresi, Leonis impii Imperatoris temporibus, vires resumente, à grege suo expulsus est tamquam venerandarum imaginum cultor, & sanctorum Patriarcharum præceptis inhærens: acerbisque ærumnis subjectus, in tenebrosum carcerem detruditur: ubi tamquam fortissimus athleta cùm perniciosum animæ illatum errorem deturbasset, ad Christum, quem optaverat, emigravit.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ὁσίου Νικηφόρου μονῆς τοῦ Μηδικίου.

Ὁ ὅσιος Νικηφόρος ὑπῆρχεν μὲν ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν Εἰκονομάχων· ἐκ βρέφους δὲ ποθήσας τὸν Χριστὸν, καὶ ὁρῶν τὴν αἵρεσιν αὐξανομένην, καταλιπὼν τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐν κόσμῳ, καὶ γενόμενος μοναχὸς, ἀπῆλθεν ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ ἡσύχαζε, προσευχαῖς καὶ νηστείαις σχολάζων, καὶ Θεῷ ὑπὲρ τῆς οἰκουμενικῆς καταστάσεως προσευχόμενος. Γαληνιασάσης δὲ μικρὸν τῆς αἱρέσεως, πολλῇ παρακλήσει τῶν μοναχῶν προέστη τῆς τοῦ Μηδικίου μονῆς. Αὖθις δὲ κακοῦ ἀναῤῥιπισθέντος, καὶ τῆς αἱρέσεως ὑπὸ Λέοντος τοῦ δυσσεβοῦς βασιλέως αὐξηθείσης, ἐξωσθεὶς τῆς ποίμνης ὡς προσκυνητὴς τῶν πανσέπτων εἰκόνων, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων Πατριαρχῶν ἐντολαῖς ἑπόμενος, πικραῖς ἐξορίαις καθυποβληθεὶς, ἐν σκοτεινοτάτῃ φυλακῇ ἀπεκλείσθη. Ἔνθα καὶ ὡς στερεὸς ἀθλητὴς τὴν ψυχόλεθρον ἀπάτην καταβαλὼν, πρὸς Χριστὸν, ὃν ἐπόθησεν, ἐξεδήμησεν.

Et memoria Sancti Patris nostri Hilarii Thaumaturgi.

S. Hilarius Thaumaturgus.

Hilarius Thaumaturgus in primo ætatis flore monachus factus, crucemque suam super humeros bajulans, crucifixum pro nobis Dominum secutus est. Cùm autem carnis affectiones continentia subjecisset, in omnibus virtutibus monachos omnes superavit. Nam in obscura domuncula seipsum includens, & procul ab omni strepitu factus, imperturbabili animo claruit. Quamobrem & sacerdotio dignus fuit, & miracula patravit. Animalia enim, quæ nascentibus seminibus nocebant, increpavit, eaque ex agro repulit: & fontem uberrimum fusis precibus scaturire fecit: sitientem terram imbribus irrigavit: fluenta, instar Elisæi prophetæ, dirupit: aridam cujusdam manum curavit: cæco visum restituit: claudos ambulare fecit: cùmque plurima alia miracula perpetrasset, in pace ad Dominum migravit.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἱλαρίου τοῦ Θαυματουργοῦ.

Ἱλάριος ὁ Θαυματουργὸς, ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας μοναχὸς γενόμενος, καὶ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ἐπ᾽ ὤμων ἀράμενος, τῷ σταυρωθέντι δι᾽ ἡμᾶς δεσπότῃ κατηκολούθησεν· καὶ τὰ πάθη τῆς σαρκὸς ὑποτάξας δι᾽ ἐγκρατείας, ἐν πάσαις ἀρεταῖς τοὺς μοναχοὺς πάντας ἐνίκησεν. Ἐν σκοτεινοτάτῳ γὰρ οἰκίσκῳ ἑαυτὸν ἀποκλείσας, καὶ ἔξω θορύβου παντὸς γενόμενος, ἐλαμπρύνθη τῇ ἀπαθείᾳ. Διὸ καὶ τῆς ἱερωσύνης κατηξιώθη, καὶ τοῦ θαύματα ἐπιτελεῖν· ζώοις γὰρ ἐπετίμα καταβλάπτουσι τὰ φυόμενα σπέρματα, καὶ ἀπεδίωκεν αὐτὰ ἐκ τοῦ ἀγροῦ, καὶ πηγὴν χαλάζης δι᾽ εὐχῆς ἀνέτειλε, καὶ γῆν διψῶσαν ὄμβροις ἐπότισε· καὶ ῥοῦν ποτάμιον, ὡς ὁ προφήτης Ἐλισσαῖος, διέῤῥηξεν, καὶ ξηρὰν χεῖρα ἀνθρώπου ἰάσατο, καὶ τυφλῷ τὸ βλέπειν ἐχαρίσατο, καὶ χωλοῖς τὸ περιπατεῖν ἐδωρήσατο, καὶ ἕτερα θαύματα πλεῖστα ποιήσας, ἐν εἰρήνῃ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂Ι ΑΥ'ΤΩ͂Ι

Ε'.

Ἄθλησις τῆς ἁγίας Μάρτυρος Εἰρήνης.

Εἰρήνη ἡ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν θυγάτηρ Λικιννίου βασιλίσκου· εὔμορφος δὲ ὑπάρχουσα, ἀπεκλείσθη παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἐν πύργῳ ὑψηλῷ, ἓξ ἐτῶν οὖσα, μετὰ δουλίδων δέκα καὶ τριῶν· ἐν ᾧ ἐδιδάχθη ὑπὸ τοῦ θείου Ἀγγέλου τὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ. Καὶ μετὰ μικρόν, ἐλθόντος Τιμοθέου μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Παύλου, ἐβαπτίσθη ὑπ' ἐκείνου· καὶ συντρίψασα τὰ εἴδωλα, ἃ ἔδωκεν αὐτῇ ὁ πατὴρ αὐτῆς προσκυνεῖν, ἔρριψε κάτω. Τότε ὀργισθέντος τοῦ πατρὸς αὐτῆς, προσεδέθη ἵππῳ ἀγρίῳ ἐπὶ τὸ φονευθῆναι. Καὶ αὐτὴ μὲν οὐδὲν ἠδικήθη. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς ἀπέθανε, τοῦ ἵππου δακόντος τὴν χεῖρα αὐτοῦ καὶ ἀποκόψαντος· ἡ δὲ προσευξαμένη ἀνέστησεν αὐτόν. Τότε ἐπίστευσε καὶ αὐτὸς τῷ Θεῷ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ ἄλλοι ὡσεὶ χιλιάδες τρεῖς. Καὶ πάλιν κρατηθεῖσα ἡ ἁγία παρὰ Ἀμπελιανοῦ τοῦ Ἡγεμόνος, καὶ πολλὰ τιμωρηθεῖσα, καὶ μὴ πεισθεῖσα ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν, ξίφει τελειωθεῖσα, ἐτάφη.

EODEM MENSE

Die Quinta. 5.

Certamen Sanctæ Irenes Martyris.

S. Irene Martyr.

IRene Christi martyr, filia fuit Licinii reguli. Cùm autem esset formosa, à patre suo inclusa fuit cum tredecim ancillis in excelsa turri, sextum ætatis annum agens. Ibi à divino Angelo mysteria Dei edocta, non diu post à Timotheo sancti Pauli Apostoli discipulo, qui illuc advenerat, fuit baptizata. Idola verò, quæ pater sibi dederat, ut illa adoraret, contrivit, ac deorsum projecit. Quocirca pater iratus, eam feroci equo alligavit, ut ita interficeretur. At illa nullum inde detrimentum passa est; pater verò interiit, equo manum ejus morsu avellente. Tum Irene fusis ad Deum precibus, ipsum ad vitam revocavit: quare credidit Deo cum uxore, & aliis circiter tribus millibus. Rursus autem comprehensa jussu Ampeliani præsidis, & multiplicibus tormentis excruciata, cùm Christum abnegare recusasset, gladio obtruncata, & sepulta fuit.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂Ι ΑΥ'ΤΩ͂Ι

ς'.

Μνήμη τοῦ δικαίου καὶ πολυάθλου Ἰώβ.

ἸΩΒ ὁ μακάριος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς Αὐσίτιδος χώρας τῶν ὁρίων Ἰουδαίας, καὶ Ἀραβίας, τῶν Ἠσαῦ υἱῶν υἱός, ὡς εἶναι πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ. Προϋπῆρχε δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωάμ· καὶ προεφήτευσεν ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε, προλαβὼν σάρκωσιν τοῦ Χριστοῦ, ἔτη χίλια ἐννακόσια εἴκοσι πέντε. Τοῦτον μαρτυρηθέντα ὑπὸ Θεοῦ δίκαιον, ἐζητήσατο ὁ διάβολος τιμωρεῖσθαι. Καὶ θέλων ὁ Θεὸς ἐπὶ

πλεῖον

EODEM MENSE

Die Sexta. 6.

Memoria Job justi, & multorum certaminum victoris.

Job justus.

BEatus Job erat ex regione Ausitidis, quæ sita est in finibus Judææ, & Arabiæ, filius filiorum Esau, ita ut sit quintus ab Abraham. Antea nomen ei fuerat Joam. Prophetavit autem annos triginta quinque, Christique incarnationem præcessit annis mille nongentis viginti quinque. Hunc Dei testimonio justum appellatum, expetivit diabolus, ut affligeret. Cùm autem Deus vellet illum magis gloriosum reddere, tradidit eum diabolo: qui non modo cum facultatibus ac

libe-

liberis spoliavit; sed & ipsum morbis aggrediens, vulneribus ac plagis undique circumseptum, in sterquilinium dejecit. Verùm sanctus cùm omnes tentationes sustinuisset, & in omnibus Deo gratias egisset, Diabolum summo dedecore affecit. Rursus igitur duplo majores divitias super terram assecutus, & uxorem accipiens, ac liberos procreans, cùm de more gratum se Deo exhibuisset, vivendi finem fecit.

πλεῖον δοξάσαι, παρέδωκεν αὐτὸν τῷ διαβόλῳ. Ὁ δὲ διάβολος οὐ μόνον ἐγύμνωσε τῆς περιουσίας, καὶ τῶν τέκνων· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν πλήξας, ἐπὶ τῆς κοπρίας ἑλκωμένον, καὶ τραυματίαν ἔρριψεν. Ἀλλ' ὁ ἅγιος πάντα πειρασμὸν ὑπομείνας, καὶ εἰς πάντα εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, κατῄσχυνε τὸν διάβολον. Καὶ πάλιν ἀπολαβὼν ἐπὶ τῆς γῆς διπλοῦν τὸν πλοῦτον, καὶ γυναῖκα λαβὼν, καὶ παιδοποιήσας, καὶ τῷ Θεῷ συνήθως εὐαρεστήσας, ἐτελειώθη.

Et memoria Sancti Patris nostri Pachomii.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Παχωμίου.

S. Pachomius Abbas. Sanctus Pater noster Pachomius, persecutionis tempore comprehensus, in carcerem detrusus fuit. Cùm autem nondum initiatus esset, nec bene dogma fidei cognosceret, rogavit Deum, ut se doceret. Accedens igitur Angelus Dei, omni illum veritate instruxit. Cùm verò persecutio cessasset, è carcere dimissus, in eremum secessit, solitariam vitam amplexus: atque ita in virtute profecit, ut Angeli colloquio dignus fuerit, & ab illo ordinem habitumque monachorum didicerit. Ex illo enim formatum est Angelicum solitariæ vitæ institutum. Posthæc plura ad Dei laudem monasteria excitavit: cùmque miracula patrasset, Deoque usque ad senectutem in omnibus serviisset, gaudens ad ipsum migravit, æternum in cœlis regnum, vitamque sempiternam ac sine carentem consecutus.

Παχώμιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, κρατηθεὶς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν· ἀτελὴς δὲ ὢν, καὶ μὴ γινώσκων καλῶς τὸ τῆς πίστεως δόγμα, παρεκάλει τὸν Θεὸν διδάξαι αὐτόν· καὶ ἐλθὼν Ἄγγελος Θεοῦ, ἐδίδαξεν αὐτὸν πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Παυσαμένου δὲ τοῦ διωγμοῦ, τῆς φυλακῆς ἀπολυθεὶς, ἀπῆλθεν ἐν ταῖς ἐρήμοις, καὶ ἡσύχαζε, καὶ τοσοῦτον ὑψώθη πρὸς ἀρετὴν, ὡς Ἀγγέλου ἀξιωθῆναι ὁμιλίας, καὶ παρ' ἐκείνου μαθεῖν τοὺς τύπους καὶ τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν. Ἐξ ἐκείνου γὰρ ἐτυπώθη τὸ ἀγγελικὸν ἐπάγγελμα τῆς μοναδικῆς πολιτείας. Μετὰ ταῦτα δὲ πολλὰ μοναστήρια ἀνεγείρας εἰς Θεοῦ δοξολογίαν, καὶ θαύματα ποιήσας, καὶ τὸν Θεὸν μέχρι γήρως θεραπεύσας ἐν πᾶσι, χαίρων πρὸς αὐτὸν ἐξεδήμησεν, ἀπολαβὼν ἐν οὐρανοῖς βασιλείαν αἰώνιον καὶ ζωὴν ἀΐδιον καὶ ἀτελεύτητον.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ ΑΥ'ΤΩ͂

Ζ'.

Μνήμη τοῦ ἐν οὐρανῷ φανέντος Σημείου τοῦ Σταυροῦ.

ΕΠΙ' Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας, ἐφάνη ὁ τύπος τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ, συνεστὼς ἐκ φωτὸς ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁρῶντος παντὸς τοῦ λαοῦ, ὑπὲρ ἄνω τοῦ ἁγίου Γολγοθᾶ ἐκτεταμένος, ἔνθα ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη· καὶ διήκων μέχρι τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν ἐλαιῶν, ὅστις τῇ λαμπρότητι τῶν μαρμαρυγῶν τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀπέκρυψεν. Ὅθεν πᾶσα ἡλικία τῶν Χριστιανῶν, νέωντε καὶ γερόντων σὺν νηπίοις καὶ θηλάζουσιν, εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν κατέλαβε· καὶ ἐν ἀμέτρῳ χαρᾷ δόξαν καὶ εὐχαριστείαν μετὰ θερμῆς κατανύξεως τῷ Θεῷ ἀνέπεμψεν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ θαύματι. Περὶ τούτου δὲ καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος πρὸς Κωνστάντιον ἔγραψεν, ἐπιστηρίζων αὐτὸν ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει.

EODEM MENSE

Die Septima. 7.

Memoria Signi Crucis, quod in cœlo apparuit.

Apparitio Crucis. Constantio Constantini Magni filio imperante, ac Cyrillo Hierosolymorum Archiepiscopo, in diebus sanctæ Pentecostes, hora diei tertia, apparuit signum venerandæ vivificæque Crucis, ex luce in cœlo compactum, vidente universo populo, super sanctum montem Golgotha extensum, ubi dominus noster Jesus Christus in crucem actus fuit, & procedens usque ad sanctum montem Oliveti, ita ut splendoris sui claritate radios solis tegeret. Quamobrem omnis ætatis Christiani, juvenes & senes, pueri & lactentes, in sanctam Dei ecclesiam convenerunt: & incredibili gaudio perfusi, gloriam gratiarumque actionem cum ferventissima compunctione Deo extulerunt pro stupendo miraculo: de quo & sanctus Cyrillus ad Constantium scripsit, in fide orthodoxa illum confirmans.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀκακίου.

Ἀκάκιος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ βασπλέως ἐκ τῆς χώρας Καππαδοκίας, στρατευόμενος ἐν τῷ τάγματι τῶν σχολῶν. Διαγνωσθεὶς δὲ, ὅτι Χριστιανός ἐστιν, ἐκρατήθη καὶ προσήχθη τῷ τῆς χώρας Ἄρχοντι, καὶ ὁμολογήσας τὸν Χριστὸν, ἐτύφθη σφοδρῶς. Εἶτα παραπεμφθεὶς ἑτέρῳ Ἄρχοντι, καὶ συνδεθεὶς καὶ ἄλλοις πολλοῖς δεσμώταις, ἤχθη εἰς τὸ Βυζάντιον· καὶ δειναῖς μάστιξι καὶ στρεβλώσεσι καταξανθεὶς ὅλον τὸ σῶμα, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν· ἔνθα ἐπιστάντες θεῖοι Ἄγγελοι ἀπεκατέστησαν αὐτὸν ὑγιῆ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ ἐν τῇ φυλακῇ πάντες οὕτω ταχέως ὑγιάναντα, ἐπίστευσαν καὶ αὐτοὶ τῷ Χριστῷ, καὶ ἀπεκεφαλίσθησαν. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθεὶς, καὶ παραπεμφθεὶς ἑτέρῳ Ἄρχοντι, καὶ πάλιν τιμωρηθεὶς, ἀπεκεφαλίσθη. καὶ κατετέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐν τόπῳ ἐπιλεγομένῳ Σταυρίῳ.

Et certamen Sancti Martyris Acacii.

S. Acacius Martyr. Acacius Christi martyr fuit, Maximiano Imperatore, ex regione Cappadociæ, militiam exercens in Scholarum cohorte. Cognitus autem ut Christianus, comprehensus fuit, & adductus ad regionis præsidem: ac Christum confessus, graviter cæditur. Deinde ad alium præsidem missus, ac vinctus unà cum aliis captivis Byzantium adducitur: flagrisque crudelibus & tortuosis lignis toto corpore cæsus, in carcerem detruditur. Ubi accurrentes divini Angeli, incolumem ipsum reddiderunt. Cùm autem omnes, qui in carcere erant, eum tam repente sanitati restitutum conspicerent, in Christum & ipsi crediderunt, ac proinde capite obtruncati sunt. Deinde Acacius è carcere eductus, atque ad alium præsidem remissus, rursumque excruciatus, capite obtruncatus fuit; & reliquiæ ipsius depositæ fuerunt in loco, qui Staurium dicitur.

MHNI' EO-

EODEM MENSE

Die Octava.

8.

Memoria Sancti Joannis Theologi ob sanctum cinerem.

S. Joannes Theologus.

Clementissimus & optimos Deus noster non modo eos, qui pro ipso decertarunt, sanctos suos discipulos & Apostolos, Prophetas quoque ac Martyres, universosque, qui sibi placuere, regno cœlesti bonisque sempiternis dignos effecit; sed etiam loca, in quibus versati sunt, aut sepulti, gratiarum plena ostendens, multis ea miraculis illustravit. Etenim sepulcrum, in quo magnus Apostolus & Evangelista Joannes, paulo post transferendus, depositus fuit, sanctum cinerem, quem incolæ Manna appellant, Spiritu Sancto annuente, octavo mensis Maji die quotannis extemplo emittit, emanatque: quem qui accedunt, accipientes, in curationem universorum morborum, in animarum sanitatem, & in corporum medelam eo utuntur; Deum laudantes, ejusque servum Theologum venerantes.

Et memoria Sancti Patris nostri Arsenii Magni.

S. Arsenius Monachus.

Sanctus Pater noster Arsenius, fuit ex vetere Roma, sanctissimæ Dei ecclesiæ Diaconus. Propter suam autem scientiam atque virtutes delectus est à Theodosio Magno Imperatore, ut filios ipsius Arcadium & Honorium non literis tantum, sed & virtutibus imbueret. Sic verò ab Imperatore honorabatur, ut Pater Imperatorum diceretur. Verùm ille turbas odio habens, terrenumque Imperatorem fugiens, vitam solitariam amavit, regemque cœlestem optavit; quem rogabat, ut se in viam dirigeret, quomodo salvari deberet. Vocem igitur audivit è cœlo sibi ter dicentem: Arseni, fuge homines, & salvaberis. Et statim mutatis vestibus, assumpto pauperis habitu, in Ægyptum profectus, solitariam vitam suscepit: cùmque certasset, ut nemo alius, in profunda senectute ad Deum migravit.

ΜΗΝΙ͂ ΤΩ͂ ΑΥ̓ΤΩ͂

Η'.

Μνήμη τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου ἐπὶ τῆς ἁγίας Κόνεως.

Ὁ φιλάνθρωπος καὶ πανάγαθος Θεὸς ἡμῶν, οὐ μόνον τοὺς ὑπὲρ αὐτὸν ἀγωνισαμένους ἁγίους αὐτοῦ Μαθητὰς καὶ Ἀποστόλους, Προφήτας τε καὶ Μάρτυρας, καὶ πάντας τοὺς εὐαρεστήσαντας αὐτῷ, βασιλείας οὐρανῶν, καὶ τῶν αἰωνίων ἠξίωσεν ἀγαθῶν· ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἤδη ἔτριψαν, ἢ ἐτάφησαν, πλήρεις χαρίτων ἀποδείξας, πολλοῖς ἐλάμπρυνε θαύμασι. Καὶ γὰρ ὁ τάφος, ἐν ᾧ ὁ μέγας Ἀπόστολος καὶ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης μέλλων μετατεθῆναι ἐτάφη, κόνιν ἁγίαν, ἣν οἱ ἐγχώριοι Μάννα προσαγορεύουσιν, ἐπινεύσει Πνεύματος ἁγίου, κατὰ τὴν ὀγδόην ἡμέραν τοῦ Μαΐου μηνὸς ἐτησίως ἐξαίφνης ἀναβρύει καὶ ἀναδίδωσιν· ἣν οἱ προσερχόμενοι λαμβάνοντες, χρῶνται αὐτῇ εἰς παντοίων παθῶν ἀπολύτρωσιν, εἰς θεραπείαν ψυχῶν, εἰς ῥῶσιν σωμάτων, Θεὸν δοξολογοῦντες, καὶ τὸν αὐτοῦ θεράποντα Θεολόγον γεραίροντες.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀρσενίου τοῦ Μεγάλου.

Ἀρσένιος, ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ἦν μὲν ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, Διάκονος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας· διὰ δὲ τὴν γνῶσιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀρετήν, ἐξελέγη παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὸ διδάσκειν τὰ παιδία αὐτοῦ, τόντε Ἀρκάδιον καὶ τὸν Ὀνώριον, οὐ μόνον γράμματα, ἀλλὰ καὶ ἀρετήν. Οὕτω δὲ ἐτιμᾶτο παρὰ τοῦ βασιλέως, ὡς καὶ Βασιλεοπάτωρ καλεῖσθαι. Ἀλλ᾽ ἐκεῖνος τοὺς θορύβους μισῶν, καὶ τὸν κάτω βασιλέα ἀποστρεφόμενος, τὴν δὲ ἡσυχίαν ἀγαπῶν, καὶ τὸν ἄνω βασιλέα ποθῶν, παρεκάλει αὐτὸν ὁδηγῆσαι εἰς ὁδὸν, ὅπως δεῖ σωθῆναι· ἦλθεν οὖν αὐτῷ φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσα ἐκ τρίτου· Ἀρσένιε, φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σώζου. Καὶ παραυτίκα τὰ ἱμάτια ἀλλάξας, καὶ φορέσας πενιχρά, ἀπῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἡσύχαζε. Καὶ ἀγωνισάμενος ὡς οὐδεὶς ἄλλος, ἐν βαθεῖ γήρᾳ πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

Θ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Προφήτου Ἠσαΐου.

ΗΣαΐας ὁ τοῦ Θεοῦ μέγας Προφήτης, ἦν μὲν ἐξ Ἱερουσαλὴμ, θεῖος δὲ ὑπῆρχε τοῦ βασιλέως Μανασσῆ υἱοῦ Ἐζεκίου. Ἐλέγχων δὲ αὐτὸν ἐπὶ ταῖς ἀνομίαις αὐτοῦ, ἐσχίσθη εἰς δύο μετὰ πρίονος· καὶ τελευτήσας, ἐτάφη πλησίον τῶν ὑδάτων, ἅπερ ἀπώλεσεν Ἐζεκίας ὁ βασιλεὺς, καταχώσας αὐτὰ διὰ τοὺς πολεμίους· καὶ ὁ Θεὸς τὸ σημεῖον τοῦ Σιλωὰμ ἐποίησε διὰ τὸν Προφήτην· διότι πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν διψήσας ηὔξατο ποιεῖν ὕδωρ, καὶ εὐθέως ἀπεστάλη αὐτῷ ἐξ αὐτοῦ ὕδωρ. Διὰ τοῦτο ἐκλήθη Σιλωὰμ, ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος. Καὶ τότε μὲν ἔκειτο τὸ ἱερὸν λείψανον τοῦ Προφήτου πλησίον, ὡς εἴρηται, τῶν ὑδάτων τοῦ Σιλωὰμ, καὶ τοῦ τάφου τῶν βασιλέων Δαυὶδ καὶ Σολομῶντος. Ὕστερον δὲ μετακομισθὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει, κατετέθη πλησίον Βλαχερνῶν, ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Λαυρεντίου.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Χριστοφόρου.

ΠΕρὶ τούτου τοῦ ἁγίου λέγονταί τινα παρά τινων τερατώδη καὶ παράδοξα, ὅτι τε κυνοπρόσωπος ἦν πρότερον, καὶ ἀνθρώπους ἤσθιεν, ὕστερον δὲ μετὰ τὸ πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ μεταμορφώθη. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο· ἀλλά τινες αὐτὸν οὕτως ὑπενόησαν, διὰ τὸ ἐθνικὸν εἶναι καὶ ἄγριον καὶ φοβερόν. Ὅμως δὲ ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου, καὶ κρατηθεὶς ἐν πολέμῳ παρὰ τοῦ Κόμητος, μὴ δυνάμενος λαλῆσαι Γραικιστὶ, ηὔξατο τῷ Θεῷ· καὶ ἀπεστάλη αὐτῷ Ἄγγελος, λέγων· Ἀνδρίζου· καὶ ἁψάμενος τῶν χειλέων αὐτοῦ, ἐποίησεν αὐτὸν λαλῆσαι Γραικιστί. Εἰσελθὼν οὖν ἐν τῇ πόλει, ἐκήρυττε τὸν Χριστόν. Ἀποστέλλονται οὖν στρατιῶται κρατῆσαι αὐτόν. Καὶ τῆς ῥάβδου αὐτοῦ βλαστησάσης, ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ, καὶ σὺν αὐτῷ βαπτίζονται ἐν Ἀντιοχείᾳ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Βαβύλα, ἔνθα καὶ Χριστοφόρος ὠνομάσθη. Εἶτα προσαχθεὶς τῷ βασιλεῖ, καὶ πολλὰ βασανισθεὶς πρότερον, ὕστερον ἀπεκεφαλίσθη.

Καὶ

EODEM MENSE

Die Nona. 9.

Certamen Sancti Isaiæ Prophetæ.

ISaias magnus Dei Propheta Hierusalem patriam habuit; avunculus autem fuit Manasse regis filii Ezechiæ: quem cùm propter iniquitates suas redarguisset, serra in duas partes sectus, vivendi finem fecit, sepultusque fuit juxta aquas, quas Ezechias rex perdiderat, aggesta terra propter inimicos. Deus autem signum Siloæ fecit propter Prophetam. Cùm enim antequam moreretur, sitiisset, oravit, ut aqua scaturiret: & statim missa ei fuit ex eo aqua: ac propterea Siloë cognomen habuit, hoc est, missus. Et olim quidem sacræ Prophetæ reliquiæ jacuerunt, ut perhibent, juxta aquas Siloë, & apud sepulcrum David, & Salomonis tegum. Tandem verò Constantinopolim translatæ, juxta Blachernas depositæ sunt in templo sancti Martyris Laurentii. S. Isaias Propheta.

Et certamen Sancti Martyris Christophori.

DE hoc sancto quædam mirabilia ac stupenda apud nonnullos perhibentur, quod scilicet faciem canis primùm habuerit, hominesque devoraverit, ac randem cùm in Christum credidisset, formam mutaverit. Verùm non ita res se habuit: sed fic illum aliqui fuisse suspicati sunt, quod ethnicus esset, & ferox, ac terribilis. Fuit tamen Decio imperante, & à Comite in prælio comprehensus, cùm Græcè loqui nequiret, Deum rogavit: & missus ei fuit Angelus, inquiens: Confortare: tangensque labia ejus, fecit, ut Græcè loqueretur. Urbem itaque ingressus, Christum prædicabat. Missi autem satellites, comprehenderunt eum. Sed cùm virga ipsius germinasset, crediderunt in Christum, & unà cum ipso baptizati sunt Antiochiæ à sancto Babyla, ubi & Christophorus appellatus fuit. Postea ad Imperatorem adductus, primum quidem plurimis cruciatibus subjicitur, ac tandem capite obtruncatur. S. Christophorus Martyr.

M Et

Et certamen Sanctorum Martyrum Epimachi, & Gordiani.

SS. Epimachus, & Gordianus Martyres.

Epimachus, & Gordianus Christi Martyres erant ex magna & antiqua Roma. Cùm verò Christum profiterentur, comprehensi ab idololatris sunt, & regionis Præsidi traditi, ab eoque compulsi Christum abnegare, & idolis sacrificare. Verùm cùm id se facturos negarent, atrociter sunt cæsi: deinde in equuleum suspensi, & ferreis ungulis dilaniati. Mox è lignis depositi, in carcerem detruduntur, statuto eis tempore, quo si resipiscerent, vivere possent. Illi verò in carcere detenti, nunquam Deo preces offerre, eique gratias agere cessarunt. Quocirca digni habiti sunt certamen propter ipsum subire. Post aliquot autem dies denuo è carcere educti, & plurimis diversisque subjecti cruciatibus, gladio obtruncati sunt.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἐπιμάχου, καὶ Γορδιανοῦ.

Ἐπίμαχος, καὶ Γορδιανὸς, οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον ἐκ τῆς μεγάλης καὶ παλαιᾶς Ῥώμης· διὰ δὲ τὸ τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν, κρατηθέντες ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρεδόθησαν τῷ τῆς χώρας Ἐπάρχῳ· καὶ καταναγκασθέντες ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθέντες, ἐτύφθησαν σφοδρῶς· καὶ κρεμασθέντες, ἐξέσθησαν μετὰ σιδηρῶν ὀνύχων. Εἶτα ἀπὸ τοῦ ξύλου καταβιβασθέντες, ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακὴν, λαβόντες καιρὸν προθεσμίας, ὅπως μεταμεληθέντες ζήσωσιν. Οἱ δὲ καὶ ἐν τῇ φυλακῇ ὄντες, οὐκ ἐπαύοντο τοῦ προσεύχεσθαι, καὶ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀγωνίζεσθαι. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας πάλιν ἐκβληθέντες τῆς φυλακῆς, καὶ πολλαῖς καὶ διαφόροις βασάνοις ὑποβληθέντες, ξίφει τὰς ἱερὰς αὐτῶν κεφαλὰς ἀπετμήθησαν.

Et certamen Sancti Martyris Codrati, & sociorum ejus.

S. Codratus, & socii Martyres.

Codratus Christi martyr fuit, imperantibus Decio & Valeriano, in urbe Nicomedia. Propter Christi autem confessionem ab ethnicis comprehensus, unà cum sociis vinctus adducitur, & sistitur civitatis Proconsuli. Cùmque interrogatus esset, liberè Christum professus est. Quare in terram extensus, aridis boum nervis cæditur: cùmque humum sanguine suo irrigasset, in carcerem conjicitur. Deinde Nicæam à Proconsule abductus, denuo tormentis subjicitur. Cùm verò nonnulli tormenta extimescerent, atque idolis sacrificare vellent, timorem Dei in mentem iis revocans, confirmavit eos: quos Proconsul flammis tradi jussit. Codratus autem ex urbe in urbem circumductus, cùm eas omnes sanguine suo consecrasset, tandem Hermopolim venit, ibique capite obtruncatus fuit.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Κοδράτου, καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ.

Κοδρᾶτος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου, καὶ Οὐαλεριανοῦ, ἐν Νικομηδείᾳ τῇ πόλει· διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, μετὰ τῆς συνοδίας αὐτοῦ, ἤχθη δέσμιος, καὶ παρεδόθη τῷ τῆς πόλεως Ἀνθυπάτῳ· καὶ ἐρωτηθεὶς, ὡμολόγησε παῤῥησίᾳ τὸν Χριστόν. Ἁπλωθεὶς οὖν κατὰ γῆν, ἐτύφθη βοὸς νεύροις ξηροῖς· καὶ αἱμάτων πληρώσας τὴν γῆν, τῷ δεσμωτηρίῳ παρεδόθη. Εἶτα εἰς Νίκαιαν ἀχθεὶς παρὰ τοῦ Ἀνθυπάτου, πάλιν ἐτιμωρήθη. Τινὰς δὲ φοβηθέντας τὰς κολάσεις, καὶ βουλομένους θῦσαι, τὸν φόβον Θεοῦ ὑπομνήσας, ἐστήριξεν· οὓς εἰς πῦρ ἐμβαλὼν ὁ Ἀνθύπατος ἔκαυσεν. Ὁ δὲ Κοδρᾶτος ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν περιαγόμενος, καὶ πάσας τοῖς αἵμασι καθαγιάζων, τὴν Ἑρμούπολιν καταλαβὼν, τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

ΜΗΝΙ' Τῼ͂ ΑΥ'Τῼ͂

Ι'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἡσυχίου.

Ἡσύχιος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν μὲν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ βασιλέως, πρῶτος τοῦ παλατίου ὑπάρχων, καὶ τὴν ἀξίαν Μάγιστρος· ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ διατρίβων ὁ Μαξιμιανὸς, προσέταξε Χριστιανὸν μὴ στρατεύεσθαι· ἀλλὰ τοὺς βουλομένους Χριστὸν ὁμολογεῖν, λῦσαι τὰς ζώνας, καὶ ἰδιωτεύειν. Καὶ πολλῶν ἑλομένων τὸν ἄδοξον μᾶλλον βίον, ἢ τὴν ἐν ἀπολείᾳ τιμὴν, εἷς τούτων γέγονε καὶ ὁ μέγας Ἡσύχιος. Καὶ τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς, ἐξέδυσεν αὐτὸν τὰ πολυτελῆ ἱμάτια, καὶ ἐνδύσας κολόβιον τρίχινον, μετὰ τῶν γυναικῶν κατέκρινε συνδιάγειν. Καὶ μετά τινας ἡμέρας προσκαλεσάμενος αὐτὸν, ἔφη· εἰπέ μοι, Ἡσύχιε, εἰ οὐκ αἰσχύνῃ ἐν ἀτιμίᾳ τοιαύτῃ διάγειν; ὁ δὲ εἶπεν· ἡ παρὰ σοῦ τιμὴ πρόσκαιρός ἐστι· τότε λίθον μυλικὸν προσδήσας αὐτοῦ τῷ τραχήλῳ ὁ βασιλεὺς, ἔρριψεν ἐν τῷ Ὀρώντῃ ποταμῷ, ἔνθα καὶ τὸ μακάριον ἐδέξατο τέλος, ἀπολαβὼν βασιλείαν οὐρανῶν.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἡσυχίου τοῦ Ὁμολογητοῦ.

Οὗτος ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς χώρας τῶν Ἀρμενιακῶν· βουληθεὶς δὲ γενέσθαι μοναχὸς, καὶ ἡσυχάσας, κατήρχετο ἐπὶ τὰ πρὸς θάλασσαν μέρη. Ἐν ὄρει δὲ ὑψηλῷ ἀπελθόντι, δαίμονες εἰσελθόντες εἰς δύο ἀνθρώπους Ἰωάννην, καὶ Ἱλαρίωνα, παρεσκεύασαν ἀπαντῆσαι, καὶ ἐρωτῆσαι αὐτὸν, ποῦ πορεύεται· καὶ μαθόντες, εἶπον, γέμειν τὸν τόπον θηρίων καὶ λῃστῶν. Ὁ δὲ εἶπεν, Ἐγὼ θανάτου ἄξια ἔπραξα, καὶ φεύγων τὸν θάνατον ἀπέρχομαι. Καὶ ἀποκριθέντες εἶπον· τῶν ἀνθρώπων τὸν θάνατον φοβῇ, καὶ τῶν θηρίων οὐ φοβῇ; τότε γνοὺς τὴν τῶν δαιμόνων ἐπίθεσιν, σφραγίσας αὐτοὺς ἐδίωξεν ἐκ τῶν ἀνθρώπων. Αὐτὸς δὲ ἀπελθὼν ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου ἠβουλήθη, καὶ κτίσας εὐκτήριον, ἡσύχαζεν ἐκεῖ, προσευχόμενος τῷ Θεῷ, καὶ θαυμαστὸς γενόμενος εἰς ἀρετήν· καὶ πολλὰ θαύματα ποιήσας, ἐτελεύτησε. Τὸ δὲ λείψανον αὐτοῦ ἀνακομισθὲν ἐν Ἀμασίᾳ τῇ πόλει.

Καὶ

EODEM MENSE

Die Decima. 10.

Certamen Sancti Hesychii Martyris.

Hesychius Christi martyr fuit, Maximiano Imperatore, primus in Palatio, ac dignitate Magister. Cùm autem Maximianus Antiochiæ degeret, præcepit, ne Christiani militarent, sed qui Christum profiteri vellent, cingulum solverent, vitamque privatam agerent. Multi igitur ingloriam vitam sibi potiùs elegerunt, quàm in perditione honorem. Ex quorum numero fuit & magnus Hesychius. Quod ubi Imperator intellexit, exuit eum pretiosis vestibus, & colobio cilicino indutum jussit unà cum mulieribus degere. Post aliquot autem dies illum accersens: Nonne, inquit, pudet te, Hesychi, in tali ignominia versari? At ille: Tuus honor, repesuit, ad tempus durat. Tum verò Imperator molarem lapidem ad collum ejus alligari, ipsumque in Orontem fluvium projici jussit, ubi & beatum finem accepit, regnum cœlorum adeptus. S. Hesychius Martyr.

Et memoria Sancti Patris nostri Hesychii Confessoris.

Hic fuit ex regione Armeniacorum. Cupiens autem monachus fieri, vitamque tranquillam ducere, in maritima loca descendit. Cùm autem in montem excelsum pergeret, dæmones ingressi in duos viros, Joannem, scilicet, & Hilarionem, effecere, ut occurrerent ei, & interrogarent eum, quo abiret. Eo verò locum designante, ajunt, illum feris latronibusque plenum esse. At ille: Ego verò, inquit, digna mortis facinora perpetravi, mortisque vitandæ causa huc venio. Cui responderunt: Cùm mortem ab hominibus tibi infligendam timeas, à feris illam non times? Tunc dæmonum fraudem detegens, formato crucis signo, eos ex illis hominibus ejecit. Ipse verò in eum, quem optaverat, locum profectus, oratorium exstruxit, ibique solitariam vitam egit, assiduas ad Deum preces fundens, & admirabilis in virtutum exercitationibus effectus. Cùmque multa miracula perpetrasset, vivere desiit. Ipsius autem reliquiæ in urbem Amaseam translatæ sunt. S. Hesychius Confessor.

Et certamen Sancti Simonis Zelotæ Apostoli.

S. Simon Apostolus.

SImon magnus Christi Apostolus, Zelotes nuncupatus, cùm in cænaculo unà cum sanctis Apostolis esset, visibilemque Spiritus operationem in specie columbæ & in linguis igneis suscepisset, totus igneus effectus, divinoque zelo repletus, omnem quidem deorum plurium errorem, velut fœnum, liberè incendit; terram verò propè universam percurrens, illam doctrinæ sermonibus, pietatisque lumine illustravit illuminavitque. Unde & rectè ac verè Zelotæ cognomentum accepit, & duplicem confessionis coronam adeptus est. Nam Mauritaniam, totamque Afrorum regionem, & Libyam universam peragravit, & plures infidelium ad Dominum convertit: ac demùm in Britanniam profectus, cruci affixus fuit: atque ita spiritum Deo tradidit.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Σίμωνος τοῦ Ζηλωτοῦ.

ΣΙμων ὁ μέγας Ἀπόστολος τοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐπιλεγόμενος Ζηλωτὴς, μετὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ὑπάρχων ἐν τῷ ὑπερῴῳ, καὶ τὴν ὁρωμένην τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν ἐν εἴδει περιστερᾶς καὶ πυρίναις γλώσσαις ὑποδεξάμενος, ὅλος πυρίπνους γέγονεν· καὶ θείου ζήλου πλησθεὶς, τὴν μὲν πολύθεον πλάνην πᾶσαν ὡς χόρτον κατέφλεξε τῇ παῤῥησίᾳ· τὴν δὲ γῆν ὅλην σχεδὸν διαδραμὼν, τῷ διδασκαλικῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ τῷ φέγγει τῆς εὐσεβείας ἐλάμπρυνέ τε καὶ κατεφώτισεν. Ὅθεν καλῶς τε καὶ καταλλήλως τὴν τοῦ Ζηλωτοῦ ἐπίκλησιν ἐδέξατο, καὶ διπλοῦν τὸ στέφος τῆς ὁμολογίας ἔλαβε. Μαυριτανίαν γὰρ, καὶ τὴν τῶν Ἀφρῶν χώραν, καὶ τὴν Λιβύην ἅπασαν διελθὼν, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸν Κύριον, ὕστερον ἐν Βρεττανίᾳ γενόμενος, καὶ τῷ σταυρῷ προσπαγεὶς, Θεῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἑαυτοῦ παρέθετο.

Et certamen Sancti Alphæi Martyris, & sociorum ejus.

S. Alphæus, & socii Martyres.

ALphæus, Philadelphus, & Cyrinus, Christi Martyres, erant oriundi ex regione Italiæ, nobiles ac divites, filii Vitalii ejusdem regionis Præfecti. Cùm verò à quodam Onesimo Christiano pietatem didicissent, & baptizati fuissent, Christum prædicabant. Eo autem tempore, Præfecto cum Imperatoriis literis ab urbe Roma in istam Italiæ regionem amandato, ut Christianos omnes occidendos curaret; ad ejus notitiam isti delati, & comprehensi, ac vinculis constricti, Romam missi sunt, unà cum Onesimo, & Erasmo, aliisque viris quatuordecim, ad Licinium: à quo traditi Diomedi præfecto, Puteolos abducuntur. Et Onesimus quidem maximo ad pectus superimposito lapide, spiritum emisit. Erasmus verò cum reliquis quatuordecim capite plexus fuit. At prædicti tres in Siciliam missi, ibidem interfecti sunt.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀλφείου, καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ.

ἈΛφειὸς, Φιλάδελφος, καὶ Κυρῖνος, οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον ἐκ τῆς χώρας Ἰταλίας, εὐγενεῖς καὶ πλούσιοι, υἱοὶ Βιταλίου Ἄρχοντος τῆς αὐτῆς χώρας. Μαθόντες δὲ τὴν εὐσέβειαν παρὰ Ὀνησίμου τινὸς Χριστιανοῦ, καὶ βαπτισθέντες ἐκήρυττον τὸν Χριστόν. Κατ᾽ ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἀποσταλέντος Ἄρχοντος ἀπὸ Ῥώμης μετὰ γραμμάτων βασιλικῶν ἐν τῇ χώρᾳ Ἰταλίας, ἐπὶ τὸ φονεύεσθαι τοὺς Χριστιανοὺς, διαγνωσθέντες οὗτοι καὶ κρατηθέντες, δέσμιοι παρεπέμφθησαν εἰς Ῥώμην ἅμα Ὀνησίμῳ, καὶ Ἐράσμῳ, καὶ ἑτέροις ἀνδράσι δέκα καὶ τέσσαρσι πρὸς Λικίνιον. Καὶ ὑπ᾽ ἐκείνου παραδοθέντες Διομήδει τῷ Ἡγεμόνι, ἐν Ποτιόλοις ἀπήχθησαν. Καὶ ὁ μὲν Ὀνήσιμος λίθον μέγαν κατὰ τοῦ στήθους δεξάμενος, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα· ὁ δὲ Ἔρασμος μετὰ τῶν λοιπῶν δεκατεσσάρων ἀπεκεφαλίσθη· οἱ δὲ τρεῖς ἐν Σικελίᾳ πεμφθέντες, ἀνῃρέθησαν.

EO- MHNI

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ Α'ΥΤΩ͂

ΙΑ'.

Ἡ Ἀνάμνησις τοῦ Γενεθλίου τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

ΟΤΕ τὴν τοῦ Βυζαντίου πόλιν ὁ μέγας ἐν βασιλεῦσι καὶ Χριστιανικώτατος Κωνσταντῖνος λαβὼν, καὶ κτίσας πολλῷ μείζονα, καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ ὄνομα τὴν κλῆσιν αὐτῆς μεταμείψας, ἀντὶ Βυζαντίου Κωνσταντινούπολιν ὠνόμασε, μετὰ τὸ συμπληρῶσαι τὸ τεῖχος, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ οἰκήσεις, καὶ τὰς ἱερὰς ἐκκλησίας, ἀναθεὶς ταύτην τῇ ὑπερενδόξῳ Δεσποίνῃ ἡμῶν Θεοτόκῳ καὶ ἀεὶ παρθένῳ Μαρίᾳ, καὶ ἐξαίρετον εὐχαριστῶν ἅμα τῷ ἁγιωτάτῳ Πατριάρχῃ, καὶ τῷ Κλήρῳ, καὶ τῷ λαῷ, λιτανεύσας ἀπῆλθεν ἐν τῷ φόρῳ, ἐν ᾧ τὴν αὐτοῦ στήλην οἱ πολῖται ἀνέστησαν, φέρουσαν τοὺς ἁγίους τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἥλους ἐν τῇ κεφαλῇ, οὗ κάτωθεν κεῖται οἱ δώδεκα κόφινοι τῶν περισσευσάντων κλασμάτων τῶν πέντε ἄρτων. Ἐκ τότε οὖν παραλαβοῦσα ἡ συνήθεια ἑορτάζει ταύτην ἕως τοῦ νῦν.

EODEM MENSE

Die Undecima. II.

Commemoratio Natalis Constantinopoleos.

CUM maximus Imperatorum & Christianissimus Constantinus urbem Byzantii accepisset, eamque multo majorem, quàm erat, ædificasset, impositoque proprio nomine pro Byzantio Constantinopolim appellasset, postquam mœnia absolvit, exstructaque in iis ædificia, & sacras ecclesias; eam dedicavit gloriosissimæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virgini Mariæ, gratias suprà modum agens: & unà cum sanctissimo Patriarcha, & Clero, ac populo supplicatione facta, rediit ad forum: in quo cives columnam ipsius erexerunt, in capite sanctos Christi Dei nostri clavos ferentem; in infimo verò loco duodecim cophinos fragmentorum, quæ ex quinque panibus superaverant, habentem. Ex illo igitur tempore obtinuit consuetudo, ut hæc festivitas celebraretur usque in præsentem diem.

Natalis urbis CP.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Μωκίου.

ΜΩκιος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἱερομάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς πόλεως Βυζαντίου, υἱὸς Χριστιανῶν Εὐφράτου καὶ Εὐσταθίας, ὁρμωμένων ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης. Ὑπάρχων δὲ πρεσβύτερος τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας, παρήγγελλε πᾶσιν ἀπέχεσθαι μὲν τῶν εἰδώλων, τιμᾷν δὲ τὸν Χριστὸν, καὶ σέβειν αὐτὸν ὡς Θεὸν τῶν ὅλων, καὶ κύριον. Ἐν μιᾷ δὲ θυσίας ἐπιτελουμένης παρὰ τοῦ Ἄρχοντος, καὶ τοῦ λαοῦ θύοντος, θείῳ ζήλῳ κινηθεὶς, δραμὼν ἀνέτρεψε τὸν βωμὸν, καὶ τὰ θύματα διεσκόρπισε· Κρατηθεὶς οὖν ἐτιμωρήθη, καὶ ἐμβληθεὶς εἰς πῦρ, ὡρᾶτο μέσον τῆς φλογὸς μετὰ τριῶν ψαλλόντων, καὶ τοῦ ἑνὸς τὸ πρόσωπον ἔλαμπεν ὑπὲρ τὸν ἥλιον. Καὶ αὐτὸς μὲν ἐξῆλθεν ὑγιὴς· ἡ δὲ φλὸξ ἔκαυσε τοὺς παρεστῶτας, καὶ τὸν Ἄρχοντα. Εἶτα πέμπεται εἰς Ἡράκλειαν τῆς Θράκης· ἔνθα τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς ἐτάφη. Ὕστερον δὲ κτίσας ναὸν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, ἤγαγε τὸ λείψανον αὐτοῦ, καὶ ἀπέθετο ἐν αὐτῷ.

Καὶ

Et certamen Sancti Mocii Martyris.

MOcius sacer Christi martyr, ex urbe Byzantio prognatus, filius fuit Euphrati & Eustathiæ parentum Christianorum, qui ex vetere Roma originem ducebant. Cùm verò esset ecclesiæ Christi Presbyter, cunctos hortabatur, ut ab idolis recederent, ac Christum venerarentur, eumque ut Deum ac Dominum universorum colerent. Quadam autem die cùm à præside & populo sacrificante victimæ immolarentur, divino zelo motus, accurrens aram subvertit, & victimas dispersit. Quare comprehensus, tormentis subjicitur, atque flammis traditur. Verùm in medio flammæ visus est unà cum tribus viris psallentibus, ex quibus uni præ ceteris facies sole splendidior emicabat. Ac ipse quidem incolumis evasit; flamma verò eos, qui circum aderant, ac simul præsidem consumpsit. Deinde missus est in Heracleam urbem Thraciæ, ubi capite truncatus est, & sepultus. Postremo cùm Constantinus Magnus templum ædificasset, sacras ejus reliquias intulit, atque ibidem deposuit.

S. Mocius Martyr.

Et

Et certamen Sancti Dioscoridis Martyris.

S. Dioscorides Martyr.

DIoscorides Christi martyr erat ex urbe Smyrna. Cùm verò Christianus esset, Christum liberè prædicabat, atque omnes, qui ad ipsum accedebant, in nomine ejus edocebat, multosque ex infidelibus à patrio errore, quem à majoribus traditum acceperant, avocans, baptizabat. Comprehensus igitur ab idololatris, qui Christum tàm libere prædicari non ferebant, flagris cæsus fuit. Deinde vinctus, præsidi est traditus: atque ab hoc interrogatus, ac sese Christianum professus, pluribus tortus cruciatibus, detrusus fuit in carcerem, ubi per plures dies graves ærumnas sustinuit. Postea è carcere eductus, iterum compulsus est Christum abnegare: quod cùm facere recusasset, suspensus est, & dirè dilaniatus. Cùm denique in Christi confessione constans persisteret, præsidis jussu interemptus fuit.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Διοσκορίδους.

ΔΙοσκορίδης, ὁ Ἰησοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς Σμυρναίων πόλεως· Χριστιανὸς δὲ ὢν, ἐκήρυττε παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν, καὶ ἐδίδασκεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ πάντας τοὺς προσερχομένους αὐτῷ· καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων ἐπιστρέφων ἀπὸ τῆς πατροπαραδότου πλάνης αὐτῶν, ἐβάπτιζε. Κρατηθεὶς οὖν παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, μὴ φερόντων ἀκούειν παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν κηρυττόμενον, ἐμαστιγώθη. Εἶτα δεθεὶς παρεδόθη τῷ Ἄρχοντι. Καὶ ἐρωτηθεὶς ὑπ᾽ ἐκείνου, καὶ Χριστιανὸν ἑαυτὸν ὁμολογήσας, βασανισθεὶς παρεπέμφθη φυλακῇ, ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις κακουχηθεὶς ἐν αὐτῇ. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθεὶς, πάλιν ἠναγκάσθη τὸν Χριστὸν ἀρνήσασθαι· καὶ μὴ πεισθεὶς, ἐξέσθη κρεμασθεὶς. καὶ ἐπιμένων τῇ εἰς Χριστὸν ὁμολογίᾳ, προστάξει τοῦ Ἄρχοντος ἀνῃρέθη.

EODEM MENSE

ΜΗΝΙ͂ ΤΩ͂ ΑΥ̓ΤΩ͂

12. Die Duodecima.

ΙΒʹ.

Memoria Sancti Patris nostri Epiphanii Episcopi Cypri.

S. Epiphanius Episcopus Cypri.

SAnctus Pater noster Epiphanius erat ex regione Phœniciæ, Judæis parentibus natus. Sed illis in Legis cultu permanentibus, ipse ad Christum accurrens, baptizatus est, & monasticum institutum suscepit. Deinde Cypri Episcopus ordinatur: atque ita Deo servivit, ut & miracula patrare meruerit. Cùm autem pro fide orthodoxa decertaret, plures ærumnas ab heterodoxis sustinuit: & veritatem quidem sermonibus corroboraturus, hæreticos verò ex ecclesia abacturus, Constantinopolim migravit. Adactus autem ab Eudoxia exilio Chrysostomi se subscribere, adduci nequivit, ut id faceret. Cùm verò illa comminaretur, nisi id ipse faceret, se idolorum templa aperturam, persuaderi se passus, subscripsit. Quod ubi Chrysostomus intellexit, hæc ad ipsum

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου.

ἘΠιφάνιος, ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ἦν μὲν ἐκ τῆς χώρας Φοινίκης, υἱὸς Ἰουδαίων. Ἀλλ᾽ ἐκείνων ἐναπομεινάντων τῇ τοῦ νόμου λατρείᾳ, αὐτὸς πρὸς τὸν Χριστὸν ἔδραμεν, καὶ βαπτισθεὶς, γέγονε μοναχός. Εἶτα ἐχειροτονήθη καὶ Ἐπίσκοπος Κύπρου· καὶ οὕτως ἐθεράπευσε τὸν Θεὸν, ὡς καὶ θαύματα ποιεῖν ἀξιωθῆναι. Ἀγωνιζόμενος δὲ ὑπὲρ τῆς Ὀρθοδόξου πίστεως, πολλοὺς πειρασμοὺς ὑπὸ τῶν κακοδόξων ὑπέστη· καὶ τὴν ἀλήθειαν μὲν ἐν τοῖς λόγοις κρατύνας, τοὺς δὲ αἱρετικοὺς τῆς ἐκκλησίας ἀπελάσας, ἐπεδήμησε καὶ τῇ Κωνσταντινουπόλει. Καὶ καταναγκασθεὶς ὑπὸ τῆς Εὐδοξίας ὑπογράψαι εἰς τὴν ἐξορίαν

ρίαν τοῦ Χρυσοςόμου, οὐκ ἐπείσθη. Ἀπειλούσης δὲ αὐτῆς, ὡς εἰ μὴ τοῦτο ποιήσει, τὰ εἴδωλα ἀνοίξειν, πεισθεὶς ὑπέγραψε. Καὶ μαθὼν ὁ Χρυσόςομος τοῦτο, ἔγραψε πρὸς αὐτόν. Ἐπιφάνιε, ἐπεὶ συναίνεσας εἰς τὴν ἐξορίαν μου, οὐ μὴ καθίσης ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. Ὁ δὲ ἀντέγραψεν. Ἀθλοπαῖ Ἰωάννη, παῖε, καὶ νίκα. Εἶτα πλέων εἰς Κύπρον, ἐτελεύτησεν ἐν τῷ πλοίῳ.

ipsum scripsit: Epiphani, quoniam exilio meo consensisti, in throno tuo non sedebis. Ille verò rescripsit: Athleta Joannes, verberare, & vince. Demum in Cyprum navigans, vitam in navigio finivit.

Καὶ Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γερμανοῦ Πατριάρχου Κωνςαντινουπόλεως.

Γερμανὸς ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου, υἱὸς Ἰουςινιανοῦ Πατρικίου· ὃν διὰ φθόνον ὁ τοῦ Ἡρακλείου υἱὸς φονεύσας, τοῦτον εὐνούχισε, καὶ τῷ κλήρῳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀνέταξεν. Ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἐπιδοὺς ἑαυτὸν τῇ μελέτῃ τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῇ ἀσκήσει καὶ λοιπῇ ἀρετῇ, ὕςερον ἐχειροτονήθη Ἐπίσκοπος τῆς ἐν Κυζίκῳ ἐκκλησίας. Ἀπὸ δὲ τῆς Κυζίκου μετατεθεὶς ἐπὶ τὴν καθέδραν τῆς Κωνςαντινουπόλεως ἀνήχθη. Πατριάρχης γενόμενος. Καὶ τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ τὸν λαὸν φωτίσας, καὶ τὰ βαθύτερα τῶν θείων γραφῶν ἑρμηνεύων, διήρκεσε μέχρι τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, ὃν ἰδὼν τὰς θείας εἰκόνας ἀποςρεφόμενον, καὶ μήτε λόγοις, μήτε παραινέσεσι δυνηθεὶς πεῖσαι αὐτὸν ἀποςῆναι τῆς αἱρέσεως, θεὶς τὸ ὠμοφόριον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τραπέζης, ἀπελθὼν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἡσύχαζεν· ἐν ᾧ τῷ Θεῷ προσευχόμενος, πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησε, χρόνων ἐννενήκοντα.

Et memoria Sancti Patris nostri Germani Patriarchæ Constantinopolitani.

Sanctus Pater noster Germanus, impe- S. Germanus Patriarcha CP.
rante Heraclio, fuit filius Justiniani Patricii, quem ob invidiam Heraclii filius occidit, ipsumque Germanum eunuchum fieri curavit, ac magnæ Ecclesiæ Clero præfecit. Ille verò primum quidem se divinarum Scripturarum meditationi addixit, & religiosæ exercitationi, ac ceteris virtutibus acquirendis se se totum impendit. Postea Episcopus Cyzicenæ ecclesiæ ordinatus est. Deinde ex Cyzico translatus, ad cathedram Constantinopolis evectus fuit, Patriarcha factus. Ibi sua doctrina populum illuminavit, atque altiora divinarum Scripturarum arcana exposuit, & usque ad imperium Leonis Isaurici perstitit: quem cùm sacras imagines aversantem vidisset, eumque neque rationibus, neque adhortationibus ab hæresi avocare potuisset; Homophorio, hoc est, Pallio, super sacra mensa deposito, ad propriam domum abiit, & quietam vitam egit: ubi preces Deo assiduè offerens, nonagenarius ad Deum migravit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

ΙΓ'.

Ἄθλησις τῆς ἁγίας Μάρτυρος Γλυκερίας.

Γλυκερία, ἡ τοῦ Χριςοῦ Μάρτυς, ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως καὶ Σαβίνου Ἡγεμόνος, ἐν Τραϊανουπόλει τῆς Θράκης. Θύοντος οὖν τοῦ Ἡγεμόνος τοῖς εἰδώλοις, αὕτη ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτῆς ἐπιγράψασα τὸν τίμιον ςαυρόν, ἦλθε πρὸς τὸν Ἡγεμόνα, Χριςιανὴν ἑαυτὴν καὶ δούλην τοῦ Χριςοῦ ὀνομάσασα. Καὶ τοῦ Ἡγεμόνος παραινοῦντος αὐτῇ θῦσαι, εἰσελθοῦσα ἐν τῷ ναῷ τῶν εἰδώλων

EODEM MENSE

Die Decima tertia. 13.

Certamen Sanctæ Glyceriæ Martyris.

Glyceria Christi martyr fuit, temporibus S. Glyceria Martyr.
Antonini Imperatoris & Sabini Præsidis, in Trajanopoli Thraciæ urbe. Cùm autem quadam die præses idolis sacrificaret, ipsa venerando crucis signo in fronte munita, ad eum accessit, Christianam sese esse, ac famulam Christi professa. Tunc hortante præside, ut ipsa sacrificaret, idolorum fanum ingressa, & precibus ad Christum fusis, simulacrum Jovis dejecit, & contrivit. Quamobrem capillis suspensa, ferreisque ungulis dilaniata, in

in carcerem conjicitur, ubi ab Angelo pascitur. Tùm è carcere educta, in ardentem fornacem projicitur; sed extincto per rorem divinum igne, illæsa evadit. Postea detracta capitis pelle, denuò in carcerem detruditur: ubi ab Angelo sanata, custodem carceris ad Christi fidem convertit, qui illico capite obtruncatur. At sancta feris objecta, vitam finivit: & reliquiæ ejus in Heraclea Thraciæ urbe depositæ sunt.

δώλων, καὶ δεξαμένη τῷ Χριστῷ, κατέβαλε τὸ τοῦ Διὸς εἴδωλον καὶ συνέτριψε. Διὰ τοῦτο κρεμασθεῖσα ἐκ τριχῶν, ἐξέσθη σιδήροις. Εἶτα ἀποκλεισθεῖσα εἰς φυλακὴν, ἐτρέφετο ὑπ' Ἀγγέλου. Εἶτα ἐκ φυλακῆς ἐκβληθεῖσα, ἐνεβλήθη εἰς κάμινον πυρός· καὶ τοῦ πυρὸς ὑπὸ θείας δρόσου σβεσθέντος, ἐξῆλθεν ἀβλαβής. Εἶτα ἐξεδάρη τὴν κεφαλὴν· καὶ ἀποκλεισθεῖσα εἰς φυλακὴν, καὶ ὑγιάνασα ὑπὸ Ἀγγέλου, παρεσκεύασε τὸν δεσμοφύλακα πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ· ὅστις παραυτίκα ἀποκεφαλίσθη. Ἡ δὲ ἁγία θηριομαχήσασα ἐτελειώθη. Καὶ κατετέθη τὸ λείψανον αὐτῆς ἐν Ἡρακλείᾳ τῆς Θράκης.

Et Certamen Sancti Alexandri Martyris.

S. Alexander Martyr. ALexander Christi martyr fuit tempore Maximiani Imperatoris, militarem artem exercens sub Numeriano Comite. Cùm autem Comes unà cum subjecta sibi cohorte idolis sacrificaret, solus Alexander non tantum sacrificare recusavit; verum etiam Comitem cum suis sociis seductum appellavit, & dæmonum cultorem. Comprehensus igitur, ad Maximianum adducitur: ac interrogatus, Christumque professus, crudeliter cæditur. Deinde Tiberiano præsidi traditur, ut tormentis cruciaretur in itinere ex urbe Romana Byzantium usque. Ac primum quidem igne in lateribus ustulatur: spineis deinde virgis cæditur; matre ipsum sequente, ac prompto hilarique animo eum esse jubente. Adductus autem Berœam vinctus, ac precibus aquam producens, multos ex idololatris persuasit fidem Christi amplecti. Demùm cùm Driziparam Thraciæ urbem venisset, gladio percussus, finem accepit.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀλεξάνδρου.

ἈΛέξανδρος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ στρατευόμενος ὑπὸ Νουμεριανοῦ Κόμητι. Θύοντος δὲ τοῖς εἰδώλοις τοῦ Κόμητος μετὰ τοῦ ὑπ' αὐτὸν τάγματος, μόνος ὁ Ἀλέξανδρος οὐ μόνον οὐκ ἐπείσθη θῦσαι, ἀλλὰ καὶ τὸν Κόμητα, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πεπλανημένους ἐκάλεσε καὶ δαιμόνων λατρευτάς. Κρατηθεὶς οὖν, ἤχθη πρὸς Μαξιμιανόν· καὶ ἐρωτηθεὶς, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, ἐτύφθη σφοδρῶς. Εἶτα παρεπέμφθη Τιβηριανῷ Ἐπάρχῳ, τιμωρεῖσθαι κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπὸ Ῥώμης μέχρι Βυζαντίου. Καὶ πρῶτον μὲν τὰς πλευρὰς τῷ πυρὶ κατεφλέχθη· ἔπειτα ῥάβδοις ἀκανθίνοις ἐτύφθη, τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἀκολουθούσης καὶ προθυμοποιούσης αὐτόν. Ἀχθεὶς δὲ εἰς Βηροίαν δέσμιος, καὶ διὰ προσευχῆς ὕδωρ ἐξαγαγὼν, πολλοὺς τῶν εἰδωλολατρῶν ἔπεισε πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ· καὶ γενόμενος ἐν Δριζιπάρῳ πόλει τῆς Θράκης, τὴν διὰ ξίφους ἐδέξατο τελευτήν.

Et

Καὶ

Καὶ Μνήμη τοῦ ἁγίου Σεργίου τοῦ Ὁμολογητοῦ.

ΣΕ'ργιος ὁ τοῦ Χριστοῦ Ὁμολογητὴς, ὑπῆρχε μὲν εὐγενῶν, καὶ πλουσίων γονέων υἱὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει γεννηθεὶς· προσκυνῶν δὲ τὰς θείας, καὶ σεπτὰς εἰκόνας, ἐκρατήθη παρὰ τῶν Εἰκονομάχων, καὶ παραστὰς τῷ παραιόμῳ βασιλεῖ Λέοντι, κατηναγκάζετο ποτὲ μὲν κολακείαις, ποτὲ δὲ ἀπειλαῖς ἀθετῆσαι τὴν προσκύνησιν τῶν ἁγίων εἰκόνων. Μὴ πεισθεὶς δὲ, ἀλλὰ λογισάμενος τὸν τύραννον ὡς βδέλυγμα, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ τὰς ἀπειλὰς ὡς λῆρον ἡγησάμενος, παῤῥησίᾳ ἔλεγε, δεῖν προσκυνεῖν τὰς τιμίας εἰκόνας, καὶ τιμᾶν αὐτὰς πάντα Χριστιανὸν σχετικῶς, ὡς τῆς τιμῆς διαβαινούσης ἐπὶ τὸ πρωτότυπον. Τότε δεθεὶς σχοινίῳ τὸν τράχηλον, ἐσύρετο ἐπ' ἀγορᾶς ὡς κακοῦργος. Εἶτα φυλακῇ παρεδόθη· καὶ δημευθεὶς, καὶ γυμνωθεὶς τοῦ πλούτου αὐτοῦ, μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εἰρήνης, καὶ τῶν τέκνων, ἐξωρίσθη. Ἔνθα πολλὰς θλίψεις, καὶ ποικίλους πειρασμοὺς ὑπομείνας, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Παυσικάκου.

ΠΑυσίκακος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἀπαμείας, ἐκ γονέων γεννηθεὶς εὐλαβῶν· Ἰατρὸς δὲ ὢν τὴν τέχνην, περιήρχετο τὰς πόλεις καὶ τὰς χώρας, θεραπεύων πάντας τοὺς νοσοῦντας ἀναργύρως. Εἶτα μισήσας τὸν κόσμον, καὶ τὸν Χριστὸν ἀγαπήσας, ἀπελθὼν ἐν μοναστηρίῳ τινὶ, ἐγένετο μοναχὸς· καὶ τοσοῦτον ἠγωνίσατο εἰς ἀρετὴν, νηστεύων, ἀγρυπνῶν, καὶ προσευχόμενος, ὡς καὶ χαρισμάτων μεγάλων ἀξιωθῆναι. Τροφὴ δὲ ἦν αὐτῷ ἄρτος μόνος ὀλίγος, καὶ ὕδωρ ὁμοίως· διὰ δὲ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ ὑπὸ Κυριακοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μὴ βουλόμενος, ἐχειροτονήθη Συνάδων Ἐπίσκοπος ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαυρικίου, ὃν καὶ ἐθεράπευσεν ἀπὸ σφοδροτάτου νοσήματος. Εἶτα καλῶς τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἰθύνων, ἔζησε μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ δυσσεβοῦς Λέοντος τοῦ Εἰκονομάχου· καὶ ἐν βαθεῖ γήρᾳ γενόμενος, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Et memoria Sancti Sergii Confeſſoris.

SErgius Chrifti Confeffor, Conftantinopoli nobilibus, ac divitibus parentibus natus fuit. Cùm verò divinas ac venerandas imagines coleret, ab Iconemachis comprehenfus, ad impium Imperatorem Leonem adducitur, à quo modo blanditiis, modo minis à facrarum imaginum cultu recedere compellebatur. At cùm non affentiretur, fed potius tyrannum tamquam rem abominandam reputaret, ejufque fermones & minas veluti nugas contemneret, fumma animi fiducia pronunciavit, venerandas imagines coli oportere, & ab omnibus Chriftianis merito honorari, perinde ac fi honor ille prototypo exhiberetur. Tùm fune ejus collo alligato, tamquam maleficus ac fceleftus per plateas pertractus fuit: deinde in carcerem detrufus, ac publicè reus denunciatus, divitiifque fuis orbatus, unà cum uxore fua Irene, ac liberis, in exilium miffus eft: ubi cum plurimas tribulationes diverfafque ærumnas fuftinuiffet, migravit ad Dominum. S. Sergius Confeffor.

Et memoria Sancti Patris noſtri Pauſicaci.

SAnctus Pater nofter Paufìcacus ex urbe Apamea oriundus, piis parentibus natus, cùm profeffione medicus effet, urbes ac regiones peragravit, ægrotos omnes abfque ulla merecde curando. Deinde mundum odio habens, Chriftique amore flagrans, in quoddam monafterium fe recepit, & monachus factus eft: atque adeo in virtute profecit, jejuniis, vigiliis, & affiduis precibus vacans, ut maximis gratiis dignus fuerit. Cibus illi fuit folus ifque modicus panis, & aqua fimiliter. Ob ipfius autem virtutem à Cyriaco Patriarcha Conftantinopolitano, quamvis invitus, Synadorum Epifcopus initiatus eft, imperante Mauricio, quem & ipfe à graviffimo morbo curaverat. Poftea creditum fibi gregem rectè gubernans, vixit ufque ad imperium impii Leonis Iconomachi: atque in extrema fenectute migravit ad Dominum. S. Paufìcacus Epifcopus.

EODEM MENSE

14. Die Decima quarta.

Certamen Sancti Isidori Martyris.

S. Isidorus Martyr.

ISidorus Christi martyr Decio imperante fuit ex urbe Alexandriæ. Cùm verò Optionis munere in militia fungeretur, in insulam Chium profectus cum classe navium, quibus Numerius præerat, apud hunc à Julio Centurione delatus est, quod Christianus esset. Comprehensus igitur, & coram ipso adductus, atque interrogatus, an Christum profiteretur: Profiteor, inquit, Christum esse cœli, terræ, marisque factorem, & credo in ipsum tanquam in verum Deum ac Dei filium, pro hominum salute ex sancta Virgine Maria natum, hominemque factum sine semine & sine corruptione. Quibus doctrinis ac sermonibus illum obstupefaciens, diversis primùm tormentis excruciatus fuit. Cùm verò immutabilem animum erga Christum gereret, & supplicia generosè perferret, capite demum plexus, martyrii coronam accepit.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ ΑΥ'ΤΩ͂

ΙΔ'.

Α'́θλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ι'σιδώρου.

Ι'Σίδωρος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου, ἀπὸ Α'λεξανδρείας τῆς πόλεως· στρατευόμενος δὲ, τὴν τοῦ Ο'πτίωνος τάξιν ἐπετέλει. Α'πελθὼν δὲ εἰς Χίον τὴν νῆσον, μετὰ τῶν στρατιωτικῶν πλοίων, ὧν ἦρχε Νουμέριος, διεβλήθη ὑπὸ Ι'ουλίου Κεντυρίωνος ὡς Χριστιανὸς τῷ Νουμερίῳ. Καὶ κρατηθεὶς καὶ παραστὰς αὐτῷ, ἠρωτήθη, εἰ ὁμολογεῖ τὸν Χριστόν. Ο῾ δὲ εἰπὼν, ὅτι καὶ Χριστὸν ὁμολογῶ, ὡς ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πιστεύω εἰς αὐτὸν, ὡς ἀληθῶς Θεὸν ὄντα καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας· καὶ ἐνανθρωπήσαντα ἀσπόρως καὶ ἀφθόρως, καὶ τοῖς τοιούτοις δόγμασι καὶ λόγοις καταπλήξας αὐτὸν, διαφόροις βασάνοις πρότερον καθυποβληθεὶς ἐτιμωρεῖτο. Ε'́χων δὲ τὸ ἀμετάθετον πρὸς Χριστὸν, καὶ τὰς βασάνους ὑπομένων γενναίως, ὕστερον τὴν κεφαλὴν ξίφει ἀποτμηθεὶς, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον εἴληφεν.

Et certamen Sancti Maximi Martyris.

S. Maximus Martyr.

MAximus Christi martyr, divino zelo inflammatus, cùm videret idololatras non modo idolis seipsos addicentes, sed etiam alios in errorem inducentes, compellentesque illa adorare, ac pro diis habere; ingemiscens & contristatus, Deum orabat, ut persecutionem compesceret: simulque Christum modo occultè, modo palam ac liberè prædicans, multos ex iis, qui ad ipsum accedebant, ad Dominum convertens, baptizabat. Quadam autem die cùm victimæ immolarentur, cunctique Græci ad abominanda sacrificia studiosè accurrerent, nec animalia tantùm, sed etiam homines immolarent; rem indignam ægrè ferens, ac in medium prosiliens, apertè illos increpavit, idola appellans lapides anima carentes & ligna, quæque sibi ipsis opem ferre

Καὶ Α'́θλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Μαξίμου.

ΜΑ'ξιμος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ζῆλον θεικὸν ἐν ἑαυτῷ περιφέρων, καὶ ὁρῶν τοὺς εἰδωλολάτρας οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἀνατιθέντας τοῖς εἰδώλοις, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους ἀποπλανῶντας καὶ καταναγκάζοντας προσκυνεῖν αὐτοῖς, καὶ ὡς θεοῖς προσέχειν, ἔστενε μὲν καὶ ἐλυπεῖτο καθ᾽ ἑαυτὸν, ηὔχετο δὲ τῷ Θεῷ παῦσαι τὸν διωγμόν. Ο῞μως δὲ ποτὲ μὲν κρύφα, ποτὲ δὲ παῤῥησίᾳ ἐκήρυττε τὸν Χριστόν· καὶ πολλοὺς τῶν προσερχομένων αὐτῷ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐπιστρέφων, ἐβάπτιζε. Ποτὲ δὲ θυσίας ἐπιτελουμένης, καὶ πάντων τῶν Ε'λλήνων μετὰ σπουδῆς συντρεχόντων ἐπὶ τὰς μυσαρὰς θυσίας, καὶ θυόντων οὐ μόνον κτήνη, ἀλλὰ καὶ

ἀνθρώπους, μὴ ἐνεγκὼν τὴν ἀτοπίαν, εἰς μέσον σταθεὶς, ἤλεγξεν αὐτοὺς φανερῶς· καὶ τὰ εἴδωλα ἀψύχους λίθους καὶ ξύλα ἀπεκάλεσε, καὶ μηδὲ αὐτοῖς βοηθῆσαι δυνάμενα. Τότε κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀπίστων, καὶ διαφόρως πρότερον βασανισθεὶς, ὕστερον ἐλιθοβολήθη· καὶ οὕτω πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

re nequirent. Tùm verò ab infidelibus comprehenſus, variis primùm tormentis excruciatur, ac demum lapidibus obruitur. Atque ita ad Dominum migravit.

ΜΗΝΙ͂ Τῼ͂ ΑΥ̓Τῼ͂

ΙΕ'.

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Ἡγιασμένου.

Θεόδωρος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ὁ διὰ τὴν ἁγιότητα καὶ καθαρότητα ἐπικληθεὶς Ἡγιασμένος, ἐκ βρέφους τὸν Θεὸν ἀγαπήσας, καὶ τῇ ἀσκήσει προελθὼν, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον ἐπιμελῶς μελετήσας, ὅλος καθαρὸς ἐγένετο, καὶ σκεῦος ἐκλογῆς καὶ εὔχρηστον διὰ τὴν τῶν ἐντολῶν ἐργασίαν, καὶ Θεοῦ ναὸς καὶ κατοικητήριον ἅγιον. Καὶ ὑπερβὰς πάντα τὰ φαινόμενα, καὶ ὁρατὰ καὶ φθαρτὰ, καὶ τὸν νοῦν ἐπαρθήσας τοῖς νοητοῖς, καὶ ἀοράτοις καὶ ἀφθάρτοις, ὁμόσκηνος τῷ πατρὶ Παχωμίῳ καὶ ὁμότροπος, καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον ἁγίοις ἀνεδείχθη· ὅθεν καὶ τῆς μεγίστης προσηγορίας τοῦ κληθῆναι Ἡγιασμένος ἄξιος φανεὶς, πολλῶν θαυμάτων ἐπλούτησεν ἐνέργειαν. Καὶ διὰ τοῦτο θαυμαστὸς καὶ περιβόητος τοῖς πᾶσι γενόμενος, καὶ πολλοὺς ὠφελήσας, οὐ μόνον διὰ τοῦ λόγου, ἀλλὰ καὶ τοῦ βίου αὐτοῦ, ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησεν.

EODEM MENSE

Die Decima quinta. 15.

Memoria Sancti Patris noſtri Theodori Sanctificati.

SAnctus Pater noſter Theodorus, propter S. Theodorus Monachus.
ſanctitatem ac puritatem Sanctificari nomen adeptus, ab infantia Deum amavit: & religioſam exercitationem præveniens, legem Dei ſollicitè meditabatur. Unde & totus purus fuit, & vas electum atque utile propter mandatorum obſervantiam, & Dei templum ſanctumque habitaculum. Cuncta igitur viſibilia & corruptibilia, quæque ſub oculos cadunt, ſupergreſſus, mentemque ad intelligibilia, quæ nec videri nec corrumpi poſſunt, elevans, ſancto Pachomio, ejuſque ſanctis ſociis contubernalis fuit, & moribus ſimilis apparuit. Unde & magnam Hegiaſmeni, hoc eſt, Sanctificati, appellationem promeruit, & multorum miraculorum patrator extitit. Quamobrem admirabilis & clarus apud omnes effectus, cùm non ſermone tantùm, ſed etiam vitæ moribus plurimis profuiſſet, in profundiſſima ſenectute ad Deum migravit.

Καὶ Μνήμη τοῦ ἁγίου Ἀχιλλίου Ἐπισκόπου Λαρίσσης.

Ἀχίλλιος ὁ Θαυματουργὸς, ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου· Χριστιανῶν δὲ γονέων ὑπάρχων υἱὸς, ἐξ ἐκείνων ἐπαιδεύθη τὴν εὐσέβειαν, μαθὼν καὶ τῶν ἔξω σοφῶν τὰ μαθήματα. Εἶτα καὶ τὴν θείαν γραφὴν ἐπιμελῶς μελετήσας, καὶ λόγῳ καὶ ἀρετῇ ἑαυτὸν ῥυθμήσας, Ἀρχιερεὺς ἐχειροτονήθη Λαρίσσης. Καὶ πολλὰ κατορθώματα καὶ θαύματα ἐνδειξάμενος, παρεγένετο καὶ εἰς τὴν κατὰ Νίκαιαν Σύνοδον, μετὰ

Et memoria Sancti Achillii Epiſcopi Lariſſæ.

AChillius Thaumaturgus floruit Impera- S. Achillius
tore Conſtantino Magno. Cùm au- Epiſcopus
tem Chriſtianorum parentum filius eſſet, Lariſſæ.
ab his pietatem edoctus, & exterorum ſapientum diſciplina inſtitutus, deinde etiam in divinæ Scripturæ meditatione diligenter exculτus, necnon ſermone & virtute ſeipſum exornans, Lariſſæ Pontifex initiatur. Poſtea ob multa præclare geſta, editaque miracula illuſtre nomen adeptus, unà cum divinis Patribus Concilio Nicæno adfuit adverſus Arium hæreticum. Cùm verò propter orthodoxam do-

ctrinam strenuè decertasset, atque hæreticos confudisset, omnium admirationem excitavit. Reversus autem ex urbe Nicæa ad suam Sedem, cùm multa patrasset miracula, diversaque & magna templa ad Dei, Sanctorumque ejus gloriam excitasset, gaudens ad Dominum migravit.

τὰ τῶν θείων Πατέρων, κατὰ Ἀρείου τοῦ αἱρετικοῦ· ὑπὲρ τῶν τῆς ὀρθοδοξίας δογμάτων καλῶς ἀγωνισάμενος, καὶ τοὺς αἱρετικοὺς καταισχύνας, ἐθαυμάσθη ὑπὸ πάντων. Ὑποστρέψας δὲ ἀπὸ Νικαίας εἰς τὸν ἴδιον θρόνον, καὶ πολλὰ θαύματα ἐργασάμενος, καὶ ναοὺς διαφόρους καὶ μεγάλους ἀνεγείρας εἰς Θεοῦ δόξαν καὶ τῶν Ἁγίων αὐτοῦ, πρὸς αὐτὸν ἐξεδήμησε χαίρων.

Et certamen Sancti Martyris Heraclii, & sociorum.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἡρακλείου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

S. Heraclius, & socii Martyres.

MArtyres Christi Heraclius, Paulinus, & Benedimus, ex urbe Athenarum oriundi, cùm Christiani essent, magna cum fiducia Christi nomen prædicabant, omnesque idololatras hortabantur, ut à vanis idolis recederent, & baptizarentur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quamobrem ab idololatris comprehensi, Athenarum præsidi traduntur. Cumque de more interrogati essent, Christum profitentes, docebant ipsum Deum verum esse, ac creatorem universi; idola verò falsa figmenta, ex lapidibus & lignis confecta, ac artis opera. Hanc igitur veritatem loquendo, in iram excitarunt præsidem, cujus jussu crudeliter cæsi sunt, ac quovis alio tormento primùm excruciati; postea verò unà cum discipulis suis in ingentem ignis fornacem injecti, finem vivendi fecerunt.

ΟΙ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες Ἡράκλειος, Παυλῖνος, καὶ Βενέδιμος, ἐν Ἀθήναις τῇ πόλει ὑπάρχοντες, καὶ Χριστιανοὶ ὄντες, ἐκήρυττον τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα παῤῥησίᾳ, πάντας τοὺς εἰδωλολάτρας προτρέποντες ἐπιστρέψαι ἀπὸ τῶν ματαίων εἰδώλων, καὶ βαπτισθῆναι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διὰ τοῦτο κρατηθέντες παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρεδόθησαν τῷ τῶν Ἀθηνῶν Ἄρχοντι· καὶ ἐρωτηθέντες συνήθως, ὡμολόγησαν τὸν Χριστὸν, διδάξαντες μὲν αὐτὸν Θεὸν ἀληθινὸν ὄντα, καὶ δημιουργὸν τῆς κτίσεως· τὰ δὲ εἴδωλα ψευδῆ ἀναπλάσματα ἐκ λίθων καὶ ξύλων κατεσκευασμένα, καὶ τέχνης ἔργα. Παροργίσαντες οὖν τὸν Ἄρχοντα, ἐν τῷ τὴν ἀλήθειαν λέγειν, ἐτύφθησαν ἰσχυρῶς· καὶ διὰ πάσης ἄλλης τιμωρίας πρότερον διελθόντες, ὕστερον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτῶν εἰς κάμινον μεγάλην ἐμβληθέντες πυρὸς, ἐτελειώθησαν.

Et certamen Sancti Petri Martyris, & sociorum ejus.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Πέτρου, καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ.

S. Petrus, & socii Martyres.

PEtrus Christi martyr ex Lampsaco urbe fuit. Comprehensus autem ab idolorum cultoribus, præsidi Abydi traditur. Cùmque idolis sacrificare detrectaret, contrito lignis corpore, spiritum tradidit. Paulus autem, & Andreas, qui sub eodem Abydi præside milites erant, unà cum illo Athenas venientes, Dionysium & Christinam comprehensos & in carcerem detrusos, jussi sunt custodire. Sed à sancta Christina edocti, patrio idolorum errore, quem à majoribus acceperant, derelicto, ad Christum accessêre. Deprehensi itaque, quod Christiani essent, ipsi, in-

ΠΕτρος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν ἐκ Λαμψάκου τῆς πόλεως· κρατηθεὶς δὲ παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρεδόθη τῷ τῆς Ἀβύδου Ἄρχοντι· καὶ μὴ πεισθεὶς θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, ξύλοις συντριβεὶς τὸ σῶμα, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Παῦλος δὲ, καὶ Ἀνδρέας, στρατευόμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ τῆς Ἀβύδου Ἄρχοντι, σὺν ἐκείνῳ τὰς Ἀθήνας κατέλαβον, καὶ κρατηθέντας Διονύσιον, καὶ Χριστίναν, καὶ φυλακῇ παραπεμφθέντας προσετάχθησαν φυλάττειν. Οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ἁγίας Χριστίνης διδαχθέν-

θέντες, ἀφῆκαν τὴν πατροπαράδοτον πλάνην τῶν εἰδώλων, καὶ προσῆλθον τῷ Χριστῷ· καὶ γνωσθέντες, ὅτι Χριστιανοὶ ἐγένοντο, αὐτοὶ μὲν, καὶ Διονύσιος, πρότερον πολλαῖς βασάνοις ὑποβληθέντες, διὰ τὸ μὴ θῦσαι τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν· ὕστερον ἐλιθοβολήθησαν. Ἡ δὲ ἁγία Χριστῖνα ἐπιπεσοῦσα αὐτοῖς, καὶ κλαύσασα, τὴν τιμίαν καὶ ἱερὰν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

inquam, & Dionysius, primùm quidem plurimis suppliciis, quod impuris dæmoniis sacrificare nollent, subjiciuntur: ac demum lapidibus obruuntur. Sancta verò Christina accurrens ad illos ac plorans, capite plexa est.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Συμεὼν, Ἰσαακίου, καὶ Βαχθισόου.

Et certamen Sanctorum Martyrum Simeonis, Isaacii, & Bachtisoæ.

ΣΥμεὼν, Ἰσαάκιος, καὶ Βαχθισόης, οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον ἐκ τῆς χώρας Περσίδος ἐπὶ Σαβωρίου τοῦ παρανόμου. Χριστιανοὶ δὲ ὄντες, ἐκρατήθησαν ὑπὸ τῶν πυρολατρῶν, καὶ παρεδόθησαν τῷ Σαβωρίῳ, καὶ ἠναγκάζοντο ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τῷ ἡλίῳ καὶ τῷ πυρί. Οἱ δὲ ἀποκριθέντες, καὶ εἰπόντες, ὅτι τὸν Χριστὸν μὲν οὐκ ἀρνούμεθα, Θεὸν ἀληθινὸν ὄντα, καὶ δημιουργὸν πάντων τῶν κτισμάτων· τὸν δὲ ἥλιον καὶ τὸ πῦρ ἀποστρεφόμεθα, κτίσματα αὐτοῦ τυγχάνοντα, εἰς ὀργὴν ἐκίνησαν τὸν τύραννον. Διὰ τοῦτο δεθέντες ἐκ τεσσάρων χεῖρας καὶ πόδας, ἐτύφθησαν ἰσχυρῶς· εἶτα ἐνεβλήθησαν εἰς φυλακὴν, ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέραις μὴ μεταλαβόντες τροφῆς. Μετὰ ταῦτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθέντες, καὶ διαφόρους βασάνους ὑπομείναντες, τέλος τὰς τιμίας καὶ ἱερὰς αὐτῶν κεφαλὰς προθύμως ἀποτμηθέντες, ἐτελειώθησαν.

SImeon, Isaacius, & Bachtisoës, Christi Martyres, fuerunt ex Persidis regione temporibus impii Saporis. Cùm verò Christiani essent, comprehensi sunt à Pyrolatris, hoc est, ab ignis adoratoribus: & Sapori traditi, jussi sunt Christum abnegare, & soli ignique sacrificare. At illi responderunt, dicentes: Christum nequaquam abnegamus, utpote verum Deum, ac rerum omnium conditorem; solem verò atque ignem, qui ab ipso facti sunt, planè despicimus. Quamobrem tyranni iram excitarunt, cujus jussu manibus pedibusque ex quatuor partibus ligati, crudeliter cæsi sunt. Deinde in carcerem detrusi, nullum per dies septem cibum acceperunt. Posthæc è carcere educti, cùm multiplices cruciatus pertulissent, demum alacri animo sacris ac venerandis capitibus obtruncati, martyrium consummarunt. SS. Simeon, Isaacius, & Bachtisoës Martyres.

ΜΗΝΙ' Τῼ͂͂ ΑΥ'Τῼ͂

Ις'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἀβδᾶ, καὶ Ἀβδιησοῦ, τῶν Ἐπισκόπων, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς.

Ὁ Ἅγιος Ἀβδιησοῦς Ἐπίσκοπος ὢν ἐν Περσίδι, καταμηνυθεὶς τῷ βασιλεῖ Περσῶν ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἀνεψιοῦ, Διακόνου ὄντος· καὶ κρατηθεὶς, μετὰ καὶ ἑτέρων τριάκοντα καὶ ἐννέα Χριστιανῶν, ἤχθη πρὸς αὐτόν. Καὶ ἐρωτηθεὶς, ὡμολόγησε τὸν Χριστόν. Ἀπεστάλη οὖν πρὸς τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως, ὅπως ὑπ'

EODEM MENSE

Die Decima sexta. 16.

Certamen Sanctorum Martyrum Abdæ, & Abdiesu Episcoporum, & sociorum.

SAnctus Abdjesus Episcopus in Perside, à proprio nepote, qui Diaconus erat, denunciatus regi Persarum, & comprehensus, unà cum aliis triginta novem Christianis, ad ipsum adducitur. Interrogatus autem, Christumque professus, ad fratrem regis mittitur, ut ab illo tormentis subjiceretur. Sed cum sermonibus divinis redarguens, stupore affecit. Quocirca funibus devinctus, atque SS. Abdas, & Abdiesus Episcopi, & socii Martyres.

atque inter ligna coarctatus est, ossaque ejus contrita. Deinde semimortuus in carcerem conjicitur, nullum per multos dies cibum degustans. Postheac comprehensus etiam Abdas Episcopus cum viginti & octo viris, quorum alii Presbyteri erant, & Diaconi, & sanctæ virgines, & mulieres, in eundem carcerem detrusus est: ubi ab Episcopo Abdjesu edocebantur. Demùm post aliquos dies è carcere extracti, omnes capite plexi sunt.

ὑπ' ἐκείνου τιμωρηθῇ. Ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνον λόγοις θεοσόφοις ἐλέγξας, κατέπληξε. Διὰ τοῦτο δεθεὶς χοινίοις, καὶ συσφιγγεὶς εἰς ξύλα μέσον, συνετρίβη τὰ ὀστᾶ· εἶτα ἐρρίφη ἐν φυλακῇ ὡσεὶ νεκρὸς, μὴ μετέχων τροφῆς ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις. Καὶ μετὰ ταῦτα κρατηθεὶς καὶ Ἀβδᾶς ὁ Ἐπίσκοπος, μετὰ ἀνδρῶν εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, Πρεσβυτέρων, καὶ Διακόνων, καὶ παρθένων ἁγίων, καὶ γυναικῶν, ἀπεκλείσθη ἐν τῇ φυλακῇ· ἔνθα ἐδιδάσκοντο ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου Ἀβδιησοῦ· καὶ μετὰ ὀλίγας ἡμέρας τῆς φυλακῆς ἐκβληθέντες, ἅπαντες ἀπεκεφαλίσθησαν.

Et memoria Sancti Patris nostri Georgii Episcopi Mitylenæ.

S. Georgius Episc. Mitylen. SAnctus Pater noster Georgius cùm à puero Deum dilexisset, mundumque odisset, in monasterium quoddam se recipiens, monachus factus est, dæmonumque altitudines demissi animi celsitudine dejecit. Quoniam verò suprà modum misericors erat, panem suum quotidie pauperibus largè erogabat. Cùm igitur ejus virtus longe lateque diffunderetur, enixis populi precibus Episcopus Mitylenæ ordinatus, creditam sibi ecclesiam optimè gubernavit, eamque ab hæresibus liberam reddidit heterodoxorum errores confutando, & orthodoxam doctrinam propugnando. Postremo suum obitum prænoscens, decessit, sepulrusque fuit, cùm effecisset, ut ex proprio tumulo curationes scaturirent, omniumque miraculorum gratiæ emitterentur, quibus cunctæ illorum, qui ad ipsum cum fide accedunt, affectiones sanantur.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Γεωργίου Ἐπισκόπου Μιτυλήνης.

ΓΕώργιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ἐκ βρέφους τὸν Θεὸν ἀγαπήσας, καὶ τὸν κόσμον μισήσας, ἀπελθὼν ἐν μοναστηρίῳ, ἐγένετο μοναχὸς, καὶ ταπεινώσεως ὕψει τὰς ἐπάρσεις τῶν δαιμόνων κατέβαλε. Ἐλεήμων δὲ ὑπέρμετρον γενόμενος, δαψιλῶς τοῖς πένησι καθ' ἡμέραν ἐδίδου τὸν ἄρτον αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔλαθεν ἡ αὐτοῦ ἀρετὴ, Ἐπίσκοπος ἐχειροτονήθη Μιτυλήνης, παρακλήσει πολλῇ τοῦ λαοῦ. Παραλαβὼν δὲ τὴν ἐκκλησίαν, καλῶς διεκυβέρνα αὐτήν· πάσης γὰρ κακοδοξίας ἀντίμαχος ὢν καὶ ὀρθοδοξίας ὑπέρμαχος, ἐρρύσατο αὐτὴν ἐκ τῶν αἱρέσεων· προέγνω δὲ καὶ τὴν μετάστασιν αὐτοῦ· καὶ θανὼν καὶ ταφεὶς, τὴν θήκην αὐτοῦ παρεσκεύασεν βλύζειν ἰάματα, καὶ παντοίων θαυμάτων χάριτας ἐκπέμπειν, θεραπεύουσας πάντα τὰ πάθη τῶν προσερχομένων αὐτῷ μετὰ πίστεως.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

ΙΖ'.

Μνήμη τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἀνδρονίκου ἑνὸς τῶν Ο'. καὶ Ἰουνίας.

ΑΝδρόνικος ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἀπόστολος, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περιελθὼν ὡς ὑπόπτερος, καὶ τὸν Χριστὸν κηρύξας, πᾶσαν μὲν πλάνην ἐκ βάθρων ἀνέσπασε, πᾶσαν δὲ εὐσέβειαν καὶ θεογνωσίαν κατεφύτευσε· συνεπομένην αὐτῷ ἔχων, καὶ συνεργὸν τοῦ θείου κηρύγματος, τὴν ὑπερθαύμαστον Ἰουνίαν, τῷ κόσμῳ καὶ τῇ σαρκὶ νεκρωθεῖσαν, καὶ Χριστῷ μόνῳ ζῶσαν, καὶ πολιτευομένην. Οὗτοι πολλοὺς τῶν ἀπίστων πρὸς θεογνωσίαν ἑλκύσαντες, καὶ τῷ Χριστῷ προσαγαγόντες, καὶ υἱοὺς φωτὸς καὶ ἡμέρας διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀποτελέσαντες, εἰδωλικοὺς μὲν ναοὺς κατέστρεφον, ἐκκλησίας δὲ Χριστοῦ πανταχοῦ ἀνῳκοδόμουν. Τούτων δὲ τῶν ἁγίων καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος Παῦλος, ὁ φωστὴρ τῆς οἰκουμένης, μέμνηται ἐν ταῖς αὐτοῦ Ἐπιστολαῖς. Ἀσπάσασθε, λέγων, Ἀνδρόνικον, καὶ Ἰουνίαν. Πνεύματα οὖν ἀκάθαρτα ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀποδιώξαντες, καὶ πάθη ἀνίατα θεραπεύσαντες, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησαν.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Σολόχωνος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

ΟΤοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Σολόχων ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ, Αἰγύπτιος τὸ γένος, στρατιώτης τὴν τάξιν, τεταγμένος ὑπὸ τῷ τῆς χώρας Τριβούνῳ μετὰ τρισχιλίων ἑτέρων στρατιωτῶν. Κατά τινα χρείαν προστάξει βασιλικῇ μετὰ τοῦ Τριβούνου τὴν Χαλκηδόνα κατέλαβεν· κελεύσαντος δὲ τοῦ βασιλέως τοῖς ταξιάρχαις, μετὰ τῶν ὑπ' αὐτῶν στρατιωτῶν, θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, ἕκαστος μετὰ τοῦ ἰδίου τάγματος, ἐπετέλει τὰς θυσίας κατὰ τὸ ἔθος. Ὁμοίως καὶ ὁ Τριβοῦνος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. Πάντων δὲ θυόντων, τρεῖς μόνοι ἀντέστησαν τῷ θελήματι τοῦ βασιλέως, Χρι-

στια-

EODEM MENSE

Die Decima septima. 17.

Memoria Sancti Apostoli Andronici, unius ex Septuaginta, & Juniae.

ANdronicus Christi Apostolus, cùm universum terrarum orbem percurreret, perinde ac si alas, quibus subveheretur, haberet, Christum prædicans, omnem prorsus errorem à fundamentis subvertit; omnem verò pietatem atque Dei cognitionem plantavit; consortem secum habens atque adjutricem divinæ prædicationis admirabilem Juniam, mundo & carni mortuam, ac soli Christo vivam & famulantem. Unde multos ex infidelibus ad Dei cognitionem pertrahentes, eosque ad Christum adducentes, lucisque ac diei filios per divinum baptisma illos efficientes, idolorum quidem fana everterunt; ecclesias verò Christo ubique ædificarunt. Horum sanctorum meminit in suis Epistolis & luminare orbis terrarum magnus Apostolus Paulus: Salutate, inquiens, Andronicum, & Juniam. Cùm itaque immundos spiritus ex hominibus ejecissent, & insanabiles morbos curassent, ad Dominum migrarunt.

SS. Andronicus, & Junia.

Et certamen Sancti Martyris Solochonis, & sociorum.

CHristi martyr Solochon fuit imperante Maximiano, genere Ægyptius, professione miles inscriptus ordini, cui Tribunus regionis præerat cum aliis tribus millibus militum. Cùm verò ob quoddam negotium ex mandato Imperatoris cum Tribuno Chalcedonem venisset, idem Imperator præcepit ducibus, ut unà cum subjectis sibi militibus sacrificarent idolis, & singuli cum suis ordinibus de more victimas offerrent; similiter & Tribunus, & qui cum ipso erant. Omnibus autem immolantibus, tres soli voluntati Imperatoris restiterunt, Christianos sese professi, Solochon, & alii duo. Quam ob rem usque adeo cæsi sunt, ut lumbi eorum intumescerent, & capita supra modum extolle-

S. Solochon, & socii Martyres.

ren-

rentur. Et illi quidem duo flagellis contusi decesserunt; Solochon verò aliquantulum adhuc vixit. Demum Tribunus nimio furore excandescens, acceptum calamum in aurem ejus infixit, atque ita ipsum interfecit.

στιανοὺς ἑαυτοὺς ὁμολογήσαντες, Σολόχων καὶ ἕτεροι δύο. Καὶ τοσοῦτον ἐτύφθησαν, ὡς ὀγκωθῆναι τὰ ψύα αὐτῶν, καὶ ὑπεράραι τὰς κεφαλάς. Καὶ οἱ μὲν δύο ἐν τῷ μαστιγοῦσθαι ἐτελειώθησαν· ὁ δὲ Σολόχων ἔτι ἔζη. Καὶ λαβὼν κάλαμον ὁ Τριβοῦνος, καὶ εἰς τὸ ὠτίον αὐτοῦ μετὰ θυμοῦ καταπήξας, ἐθανάτωσεν αὐτόν.

Et memoria Stephani Patriarchæ Constantinopolitani.

S. Stephanus Patriarcha CP.

HIC filius fuit illustris Basilii Romanorum Imperatoris: ob ipsius autem ingenuos mores, ac reliquam prudentiam, animique moderationem, & virtutis sublimitatem, cùm adhuc juvenis esset, Imperatoris, & sacræ Synodi, Clerique totius, ac populi suffragio, & quod potius dicendum est, Dei beneplacito atque judicio, ordinatus fuit Patriarcha Constantinopolitanus. Collocatus autem in magno & sacro throno, & cura magni gregis suscepta, ad ecclesiarum Dei gubernationem animum applicuit: quo in munere custos vigilantissimus & verus Pastor fuit, suas oves ad pascua orthodoxæ fidei deducens, misericordia pauperes prosequens, viduas & orphanos defendens, aliosque injuriis oppressos ab iniquorum manibus eripiens, ac Deo in omnibus serviens. Cùm ergo ita se gereret, carnemque continentia maceraret, in ipso ætatis flore ad Christum migravit.

Καὶ Μνήμη Στεφάνου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως.

ΟὟτος υἱὸς μὲν γέγονε Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως Ῥωμαίων· διὰ δὲ τὸ ἁπλοῦν ἦθος αὐτοῦ, καὶ τὴν λοιπὴν σύνεσιν, καὶ κατάστασιν, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ὑψηλὸν, ἔτι νέος ὢν, ψήφῳ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς ἱερᾶς Συνόδου, καὶ παντὸς τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ, πλέον δὲ εἰπεῖν ὅτι εὐδοκίᾳ καὶ κρίσει Θεοῦ, ἐχειροτονήθη Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως. Ἐγκαθιδρυνθεὶς δὲ τῷ μεγάλῳ καὶ ἱερῷ θρόνῳ, καὶ τὴν μεγάλην ποίμνην ἐγχειρισθεὶς, καὶ τὴν ὅλην φροντίδα τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν ἀναδεξάμενος, ἄγρυπνος ἐφάνη φύλαξ, καὶ ποιμὴν ἀληθινὸς, ἄγων τὰ ἴδια πρόβατα ἐπὶ νομὰς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ πτωχοὺς ἐλεῶν, καὶ χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐκδικῶν, καὶ ἀδικουμένους χειρῶν ἀδίκων ῥυόμενος, καὶ τὸν Θεὸν θεραπεύων ἐν ἅπασιν. Οὕτω δὲ ποιῶν, καὶ τὴν σάρκα τήκων τῇ ἐγκρατείᾳ, ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας, πρὸς Χριστὸν ἐξεδήμησεν.

EODEM MENSE

18. Die Decima octava.

Certamen Sancti Theodoti Martyris, & sociorum.

S. Theodotus, & socii Martyres.

THeodotus Christi martyr cum octo sanctis virginibus Tecusa, Alexandra, Claudia, Phaina, Euphrasia, Matrona, Julia, & Theodota, fuit ex urbe Galatiæ Ancyra. Jubente autem urbis præside, ex iis quæ idolis immolabantur, paratos pro Christianis cibos inspergi, ut ita inquinarentur qui eos degustassent; ipse negociationis specie triticum emens, ac panes faciens, eos vinctis Christianis distribuebat. Sed & carceres ingrediens, fideles confirmabat: inter quos erant & sanctæ octo virgines, quarum una, Tecusa nomine, erat ipsius amita. Hæ autem lapidi-

ΜΗΝΙ ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι

ΙΗ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Θεοδότου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

ΘΕόδοτος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς μετὰ τῶν ὀκτὼ ἁγίων παρθένων, Τεκούσης, Ἀλεξάνδρας, Κλαυδείας, Φαινῆς, Εὐφρασίας, Ματρώνης, Ἰουλίας, καὶ Θεοδότης, ὑπῆρχεν ἀπὸ Ἀγκύρας τῆς Γαλατίας. Τοῦ δὲ Ἄρχοντος τῆς πόλεως προστάξαντος ἐκ τῶν εἰδωλοθύτων τὰ Χριστιανοῖς παρασκευαζόμενα βρώματα ἐπιῤῥαίνεσθαι, ὅπως μιαίνωνται οἱ αὐτῶν ἀπογευόμενοι· αὐτὸς ἐν σχήματι ἐμπορίας σῖτον ἀγοράζων, καὶ ἄρτους ποιῶν, ἐδίδου τοῖς δεομένοις Χριστιανοῖς. Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς φυλακαῖς

εἰσερ-

pidi-

εἰσερχόμενος, τοὺς πιστοὺς ἐστήριζεν· ἐξ ὧν ἦσαν καὶ αἱ ἅγιαι ὀκτὼ παρθένοι· ὧν μία ἡ λεγομένη Τεκοῦσα, ὑπῆρχεν αὐτοῦ θεία. Αἵτινες λίθοις προσδεθεῖσαι, ἐναπερρίφησαν τῇ παρακειμένῃ τῇ πόλει λίμνῃ· καὶ λαβὼν ὁ Θεόδοτος τὰ λείψανα αὐτῶν, ἔθαψε· καὶ διαγνωσθεὶς ἐκρατήθη. Καὶ τιμωρηθεὶς πρότερον, ὕστερον ἀπεκεφαλίσθη.

pidibus alligatæ, in proximum urbi ſtagnum demerſæ ſunt. Cùm verò Theodotus earum reliquias collegiſſet, eas ſepelivit. Deprehenſus proinde, captuſque, primum quidem tormentis ſubjicitur; poſtremum verò capite plectitur.

ΜΗΝΙ ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι

ΙΘʹ.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Πατρικίου Ἐπισκόπου Προύσης, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

Ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Πατρίκιος, ὑπῆρχεν Ἐπίσκοπος τῆς πόλεως Προύσης· καὶ διὰ τὸ διδάσκειν τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν τοὺς προσερχομένους αὐτῷ, κρατηθεὶς παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρέστη τῷ τῆς Βιθυνίας ἄρχοντι· καὶ ἐρωτηθεὶς ὡμολόγησε παῤῥησίᾳ τὸν Χριστόν. Τοῦ δὲ Ἄρχοντος εἰπόντος, ὡς οἱ θεοὶ ὀφείλουσι τιμᾶσθαι, Ζεὺς, καὶ Ἀπόλλων, καὶ Διονύσιος, καὶ οἱ λοιποὶ, ὧν τῇ προνοίᾳ τὰ θερμὰ ὕδατα ἀναδίδονται ἐπ᾽ εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων· ἀντέφησεν ὁ ἅγιος, ὅτι τὰ θερμὰ ὕδατα τῇ δυνάμει τοῦ Χριστοῦ ἀναδίδονται, καὶ οὐχὶ τῶν εἰδώλων, ξύλων ὄντων ἀψύχων, καὶ λίθων ἀναισθήτων. Διὰ ταῦτα ἐμβληθεὶς εἰς αὐτὰ τὰ θερμὰ κοχλάζοντα βίᾳ, ἐξῆλθεν ὑγιὴς, τῶν δημίων καέντων πάντων· καὶ διαφόρως πρότερον βασανισθεὶς, ὕστερον τὴν διὰ ξίφους ἐδέξατο τελευτὴν, μετὰ Ἀκακίου, καὶ Μενάνδρου, καὶ Πολυαίνου, τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

EODEM MENSE

Die Decima nona. 19.

Certamen ſacroſancti Martyris Patricii Epiſcopi Pruſæ, & ſociorum.

S. Patricius Epiſc. & ſocii Martyr.

Sanctus Pater noſter Patricius fuit Pruſæ urbis Epiſcopus. Cùm autem Chriſti fidem eos, qui ad ipſum accedebant, edoceret, captus ab idolorum cultoribus, ad Bithyniæ præſidem adducitur; à quo interrogatus, liberè Chriſtum profeſſus eſt. Dicente autem præſide, tamquam Deos honorari oportere Jovem, Apollinem, Bacchum, ac reliquos, quorum providentia calidæ aquæ in hominum beneficium erumpunt; reſpondit ſanctus: Calidæ aquæ virtute Chriſti emanant, non autem idolorum, quæ ſunt ligna inanimata, & lapides ſenſu carentes. Quamobrem in Thermas ipſas vi effervefactas injectus, incolumis evaſit, ſatellitibus omnibus combuſtis. Mox variis tormentis excruciatus, poſtremum gladio plectitur unà cum diſcipulis ſuis Acacio, Menandro, & Polyæno.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Κολλούθου.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Κολλοῦθος ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ, ἐκ Θηβαΐδος πόλεως τῆς Αἰγύπτου· διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν προσκυνούντων τὰ εἴδωλα, παρεδόθη τῷ τῆς χώρας ἡγεμόνι· Καὶ μήτε κολακείαις δελεασθεὶς, μήτε ἀπειλαῖς πτοηθεὶς, ὡμολόγει τὸν Χριστὸν παῤῥησίᾳ. Διὰ τοῦτο πρῶτον μὲν λίθῳ μεγάλῳ τὸν τράχηλον προσδεθεὶς, ἐκρεμάσθη κατὰ

Et certamen ſancti Martyris Colluthi.

S. Colluthus Martyr.

Martyr Chriſti Colluthus fuit, Imperatore Maximiano, ex Thebaide Ægypti urbe. Ob Chriſti autem confeſſionem ab idololatris comprehenſus, præſidi regionis traditus eſt: à quo neque blandiriis illectus, neque minis perterritus, Chriſtum liberè profitebatur. Idcirco primum quidem ingenti ſaxo ad ejus collum alligato, inverſo capite ſuſpenſus fuit. Cùmque à lictoribus flagellaretur, dicebat: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam,

quæ revelabitur in nobis. Postea è ligno, in quo suspensus fuerat, depositus, fanum idolorum ingredi, & sacrificare compellitur. Quod cùm facere recusaret, ut flammis addiceretur, sententiam accepit. In fornacem itaque valde accensam injectus, hujusce temporariæ vitæ finem habuit.

Et certamen Sancti Philetæri Martyris, & sociorum.

S. Philetærus & socii Martyres.

PHiletærus Christi martyr in urbe Nicomediensium natus & educatus, filius fuit Tatiani Expræfecti, vir proceræ staturæ, formosus, & albus instar nivis, capitis ac barbæ pilos in modum auri rutilantes habens. Cùm autem Christianus esset, ab infidelibus comprehensus, Diocletiano impio Imperatori sistitur, quem ille ob mala, quæ patrabat, reprehendens, Christique inimicum appellans, graviter cæsus fuit. Mox in fornacem ardentem injectus, incolumis & illæsus evasit. Unde obstupefactus Diocletianus, eum dimisit. Post obitum autem Diocletiani, cùm Maximianus ipsius gener imperium obtineret, denuo comprehensus sanctus, plurimis suppliciis excruciatur. Miraculis deinde patratis effecit, ut multi in Christum crederent; adeoque mortem obirent, alii quidem gladio plexi, alii verò flammis addicti. Similiter & Cyriaca martyr per ignem consummata est: & qui eos custodiebat, Comes tandem unà cum sancto, capite obtruncatus fuit.

EODEM MENSE

20. Die Vigesima.

Certamen Sancti Thalelæi Martyris, & sociorum.

S. Thalelæus, & socii Martyres.

THalelæus Christi martyr fuit Numeriano Imperatore, professione medicus. Comprehensus autem in Anazarbo Ciliciæ urbe, ad Theodorum præsidem adducitur, qui jussit ejus talos à satellitibus terebrari, & inverso eum capite suspendi. Cùm verò id satellites facere conarentur, divina virtute mente abalienati, lignum loco sancti terebrantes suspenderunt. Quasi ergo præsidi illusissent, flagris cæduntur. Ex his Alexander, & Asterius

κατὰ κεφαλῆς. Καὶ τυπτόμενος ὑπὸ τῶν δημίων, ἔλεγεν· Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς. Ἔπειτα τοῦ ξύλου, ἐν ᾧ ἐκρέματο, καταβιβασθεὶς, ἠναγκάζετο ἀπελθεῖν εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων, καὶ θῦσαι. Καὶ μὴ πεισθεὶς, τὴν διὰ τοῦ πυρὸς ἀπόφασιν ἐδέξατο· καὶ ἐμβληθεὶς εἰς κάμινον ἰσχυρῶς ἐκκαιεῖσαν, τέλος ἔσχε τοῦ προσκαίρου βίου.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Φιλεταίρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

ΦΙλέταιρος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχε γέννημα καὶ θρέμμα τῆς Νικομηδέων πόλεως, υἱὸς Τατιανοῦ τοῦ ἀπὸ Ἐπάρχων, ἀνὴρ εὐμεγέθης, καὶ ὡραῖος, λευκὸς ὡσεὶ χιών, καὶ τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ γενειάδος ἔχων ἐπιλάμπουσαν ὡς χρυσόν. Χριστιανὸς δὲ ὤν, ἐκρατήθη παρὰ τῶν ἀπίστων, καὶ παρέστη Διοκλητιανῷ τῷ παρανόμῳ βασιλεῖ· καὶ ἐλέγξας αὐτὸν ἐφ' οἷς ἔπραττε κακῶν, καὶ μισόχριστον καλέσας, ἐτύφθη ἰσχυρῶς· καὶ ἐμβληθεὶς εἰς κάμινον πυρὸς, ἐξῆλθεν ἀβλαβής· ὅθεν θαυμάσας ὁ Διοκλητιανὸς, ἀπέλυσεν αὐτόν. Μετὰ δὲ τελευτὴν τοῦ Διοκλητιανοῦ, τὴν βασιλείαν παραλαβόντος Μαξιμιανοῦ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ, πάλιν ἐκρατήθη ὁ ἅγιος· καὶ πολλὰ τιμωρηθεὶς, εἶτα θαυματουργήσας, ἐποίησε πολλοὺς πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ, καὶ τελειωθῆναι τοὺς μὲν διὰ ξίφους, τοὺς δὲ διὰ πυρός. Ὁμοίως καὶ ἡ Μάρτυς Κυριακὴ πυρὶ ἐτελειώθη, καὶ ὁ φυλάττων αὐτοὺς Κόμης ἔσχατον μετὰ τοῦ ἁγίου ἀπεκεφαλίσθη.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Κ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Θαλελαίου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

ΘΑλελαῖος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν ἐπὶ Νουμεριανοῦ τοῦ βασιλέως, ἰατρὸς τὴν τέχνην. Κρατηθεὶς δὲ ἐν Ἀναζάρβῳ πόλει τῆς Κιλικίας, προσήχθη Θεοδώρῳ τῷ Ἄρχοντι· ὅστις ἐκέλευσε τοῖς δημίοις, τρυπῆσαι τοὺς ἀστραγάλους αὐτοῦ, καὶ κρεμάσαι ὕπτιον κατὰ κεφαλῆς. Καὶ τοῦτο διώξαντες οἱ δήμιοι ποιεῖν, διὰ θείας δυνάμεως τὰς φρένας ἀλλοιωθέντες,

ξύλον

ξύλον τῶν παρακειμένων ἀντὶ τοῦ ἁγίου τρυπήσαντες ἐκρέμασαν, καὶ νομισθέντες ἐμπαίζειν τῷ Ἄρχοντι, ἐτύφθησαν. Ἐξ ὧν Ἀλέξανδρος, καὶ Ἀστέριος, διὰ τὸ θαῦμα πιστεύσαντες τῷ Χριστῷ, ἀπεκεφαλίσθησαν. Καὶ βουληθεὶς ὁ Ἄρχων οἰκείαις χερσὶ τρυπῆσαι τοὺς ἀστραγάλους τοῦ ἁγίου, οὐκ ἠδυνήθη ἐκ τοῦ θρόνου ἐγερθῆναι, κολληθέντων τῶν ὄπισθεν αὐτοῦ τῷ θρόνῳ, καὶ τῶν χειρῶν ξειρανθησῶν, πάλιν ἐπίστευσαν πολλοὶ ἐπὶ τὸν Κύριον. Εἶτα δὲ εὐχῆς τοῦ ἁγίου ὑγιάνας ὁ ἄρχων, καὶ τοῦ θρόνου ἀναστὰς ἀπεκεφάλισεν αὐτόν.

rius viso miraculo crediderunt in Christum, & capite plexi sunt. Volens autem præses suis manibus talos sancti terebrare, è sella surgere nequivit, posterioribus ejus sellæ adhærentibus, & manibus arefactis. Rursus itaque multi in Dominum crediderunt. Demum sancti precibus præses sanitatem consecutus, è sella surrexit, eumque capite obtruncavit.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀσκάλωνος.

Οὗτος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς χώρας Θηβαΐδος τῆς Αἰγύπτου, καὶ διὰ τὸ πιστεύειν εἰς Χριστὸν κρατηθεὶς, ἤχθη δέσμιος πρὸς Ἀρριανὸν τὸν ἡγεμόνα. Καὶ ἐρωτηθεὶς, καὶ παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, ἐκρεμάσθη· καὶ σιδήροις ὀξέσιν ἐξέσθη τὰς πλευράς· καὶ μετὰ ταῦτα ἐῤῥίφη ἐν φυλακῇ ὡσεὶ νεκρός· καὶ παρερχόμενον τὸν Ἄρχοντα μετὰ πλοίου τὸν ποταμὸν ἰδὼν, ηὔξατο μὴ ἐξελθεῖν ἐπὶ τὴν ξηρὰν, πρὶν ἂν ἐγγράφως ὁμολογήσῃ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ. Ὅθεν κρατηθέντι ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ μὴ δυναμένῳ ἐξελθεῖν, ἐμήνυσεν ὁ ἅγιος, οὐκ ἔξεστίν σοι ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ἐγγράφως ὁμολογήσῃς τὸν Χριστὸν Θεὸν εἶναι. Καὶ λαβὼν χάρτην ὁ Ἡγεμὼν, ἔγραψε μέγαν εἶναι τὸν τῶν Χριστιανῶν Θεὸν, καὶ πλὴν αὐτοῦ μὴ ὑπάρχειν ἕτερον. Καὶ εὐθὺς ἐξελθὼν, ἤγαγε τὸν ἅγιον ἔμπροσθεν αὐτοῦ· καὶ κρεμάσας, λαμπάσι πυρὸς τὰς πλευρὰς αὐτοῦ κατέφλεξε· καὶ λίθῳ προσδήσας αὐτὸν, ἐνέβαλεν ἐν τῷ ποταμῷ, ἐν ᾧ τὸ διὰ μαρτυρίου τέλος ἐδέξατο.

Et certamen Sancti Ascalonis Martyris.

S. Ascalon Martyr.

HIC fuit ex regione Thebaidis Ægypti: ob Christi autem fidem comprehensus, adductus est vinctus ad Arrianum præsidem: à quo interrogatus, cùm Christum liberè profiteretur, in equuleum suspensus, ferreis ungulis in lateribus dilaniatur. Deinde in carcerem tamquam mortuus detrusus, cùm præsidem videret navigio fluvium pertranseuntem, oravit, ne prius in terram descenderet, quàm scripto divinitatem Christi profiteretur. Tum verò detentus in fluvio est præses, nec fluvium transire potuit. Cui sanctus: Non licebit tibi hinc exire, nisi scripto confitearis, Christum Deum esse. Chartam itaque accipiens præses, scripsit, magnum esse Christianorum Deum, nec alium præter ipsum existere. Quo facto statim exivit, & sanctum coram se agi jussit, ac suspendi, & lampadibus ignis ejus latera comburi: demum saxo alligatum, in flumen projici, ubi martyrium consummavit.

EODEM MENSE

21. Die Vigesima prima.

Memoria piissimorum ac magnorum Imperatorum Constantini, & Helenæ.

55 Constantinus, & Helena Imp.

Constantinus Magnus, & primus Christianorum Imperatorum, filius fuit Constantii Romanorum Cæsaris, & Helenæ; Constantii, inquam, qui Chlorus cognominatus, solus fuerat ex aliis Imperatoribus, qui supernam providentiam invocaret, & ab idolis se se abstineret. Idcirco Christianos tormentis subjectos videns, commiserabatur, suumque filium edocebat, divinæ in bellis providentiæ, non idolorum opem implorare. Hinc post patris sui obitum supernam providentiam invocans, vidit in cœlo venerandam Crucem, vocemque audivit sibi dicentem: Constantine, in hoc vince: hostemque dejecit. Posthæc imperio potitus, idola quidem evertit; ecclesias autem excitavit, & urbes condidit; Christi verò Crucem per matrem suam Helenam invenit. Cùmque multa rectè gessisset, ad Dominum migravit.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ Α'ΥΤΩ͂

ΚΑ'.

Μνήμη τῶν εὐσεβεστάτων μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου, καὶ Ἑλένης.

Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν Χριστιανοῖς βασιλεὺς, γέγονεν υἱὸς Κωνσταντος τοῦ Ῥωμαίων Καίσαρος, καὶ Ἑλένης· Κωνσταντος τοῦ ἐπονομαζομένου μὲν Χλωροῦ, μόνου δὲ τῶν ἄλλων βασιλέων τὴν ἄνω πρόνοιαν ἐπικαλουμένου, καὶ τοῖς εἰδώλοις μὴ προσέχοντος. Διὰ τοῦτο καὶ τοὺς Χριστιανοὺς τιμωρουμένους ὁρῶν, ἠλέει, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐδίδασκεν, τῆς ἄνω προνοίας ἐν τοῖς πολέμοις αἰτεῖσθαι τὴν βοήθειαν, καὶ μὴ τῶν εἰδώλων. Ἐξ οὗ καὶ μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐπικαλεσάμενος τὴν ἄνω πρόνοιαν, εἶδε τὸν τίμιον σταυρὸν ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ φωνῆς ἀκούσας, Κωνσταντῖνε, ἐν τούτῳ νίκα, ἔτρεψε τὸν ἐχθρόν. Καὶ μετὰ ταῦτα βασιλεύσας, τὰ τε εἰδωλεῖα κατέστρεψε, καὶ ἐκκλησίας ἀνήγειρε, καὶ πόλεις ἔκτισε, καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἑλένης ἐφανέρωσε, καὶ πολλὰ κατορθώματα ποιήσας, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

EODEM MENSE

22. Die Vigesima secunda.

Certamen Sancti Basilisci Martyris.

5 Basiliscus Martyr.

Basiliscus Christi martyr, imperante Maximiano, fuit ex regione Armeniacorum, filius fratris sancti magni martyris Theodori. Cùm autem antea decertasset unà cum sanctis Eutropio, & Cleonico, qui sub sancto Theodoro militabant, illis pro Christo occumbentibus, ipse in carcere derelictus est. Deum verò rogabat, ut certaminis cursum perficeret. Quare stimulatus fuit ab ipso, ut affinibus suis sese conjungeret, ut martyrium Comanis subiret. Domesticis itaque suis

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ Α'ΥΤΩ͂

ΚΒ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Βασιλίσκου.

Βασιλίσκος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ, ἐκ τῆς χώρας τῶν Ἀρμενιακῶν, ἀνεψιὸς τοῦ ἁγίου Θεοδώρου. Προαγωνισάμενος δὲ μετὰ τῶν ἁγίων Εὐτροπίου, καὶ Κλεονίκου, οἵτινες ἦσαν στρατιῶται τοῦ ἁγίου Θεοδώρου, ἐκείνων ὑπὲρ Χριστοῦ τελειωθέντων, κατελείφθη ἐν τῇ φυλακῇ. Δεόμενος δὲ τοῦ Θεοῦ τὸν τῆς ἀθλήσεως δρόμον τελέσαι, προσετράπη παρ' αὐτοῦ συμπάξασθαι

ξεσθαι τοῖς συγγένεσιν, ὡς μέλλων μαρτυρῆσαι ἐν Κομάνοις. Συνταξάμενος οὖν τοῖς οἰκείοις, ἐκρατήθη παρὰ Ἀγρίππα τοῦ Ἡγεμόνος, καὶ ἤγετο δέσμιος εἰς τὰ Κόμανα. Καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν θαυματουργήσας, πολλοὺς ἔπεισε πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ. Καὶ ἀπελθὼν εἰς τὰ Κόμανα, καὶ προσευξάμενος, κατήνεγκε πῦρ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ κατέκαυσε τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τὸ εἴδωλον. Καὶ διὰ τοῦτο ἀποκεφαλισθεὶς, ἐρρίφη ἐν τῷ ποταμῷ. Εἶτα ἐκβληθὲν αὐτοῦ τὸ λείψανον, κατετέθη ἐν Κομάνοις.

ſuis adjunctus, ab Agrippa præſide comprehenditur, vinctuſque Comana abducitur. Cùm verò per viam miracula edidiſſet, plurimos ad Chriſti fidem ſuſcipiendam induxit. Comana autem profectus, fuſis ad Deum precibus, ignem è cœlo detulit, qui Apollinis fanum idolumque incendit. Quamobrem capite plexus, in fluvium projectus eſt. Reliquiæ inde extractæ, Comanis depoſitæ fuere.

Καὶ Μνήμη τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἰούδα.

MAgnus & gloriosissimus Propheta, Præcursor, & Baptista Christi Joannes, filius fuit Zachariæ Pontificis, & Elisabeth sterilis. Natus est autem ex promissione Angeli annunciantis patri ejus conceptionem ejusdem, atque minus credenti vinculum linguæ inducentis, quod iste natus solvit: qui etiam ante nativitatem Christi exultavit in ventre matris suæ, & omnibus ipsum annunciavit. Postquam autem natus esset, in eremum secessit, pœnitentiæ Baptismum prædicavit, & Christum Judæis ostendit, dicens: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi: & post hæc illum in Jordane fluvio, prout hominem decebat, baptizavit, Deique Spiritum vidit, tamquam columbam descendentem & super eo manentem, & vocem audivit è cœlo dicentem: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Nativit. Sancti Joannis Baptistæ.

Καὶ

Et

Et certamen Sancti Martyris Orentii, & sociorum ejus.

S. Orentius & socii MM.

MArtyr Orentius, & sex fratres ejus, ex Orientis partibus oriundi, Diocletiano imperante claruerunt. Militantes autem in cohorte Tyronum, profecti sunt in partes Thraciæ adversùs Scythas. Cùm verò etiam Imperator ad bellum venisset, castraque adversùs hostes posuisset, & Scytharum Princeps singulare certamen deposceret; prælatus ceteris Orentius pugnavit, & vicit, amputatumque Scythæ caput Imperatori obtulit. Lætitia ergo maxima affectus Imperator, Orentium jubet Diis sacrificium pro victoria offerre. Cui Orentius: Christo potiùs, respondit, ut victoriæ auctori, hostiam laudis immolemus. Tùm verò iratus Imperator, illum unà cum fratribus in exilium ad partes Orientis deportari jussit: ubi & diversis in locis vitam finierunt, alii quidem in mare projecti, alii verò aliter interfecti.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ὀρεντίου, καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ.

Ὁ Μάρτυς Ὀρέντιος, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἑξ ὄντες, ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ ἐκ τῆς ἀνατολῆς ὁρμώμενοι. Συστρατευόμενοι δὲ ἐν τῷ τάγματι τῶν Τυρόνων, ἀπῆλθον ἐν τοῖς Θρακώοις μερέσι κατὰ τῶν Σκυθῶν. Ἐκστρατεύσαντος δὲ καὶ τοῦ βασιλέως καὶ ἀντιπαραταξαμένου, καὶ τοῦ Ἄρχοντος τῶν Σκυθῶν μονομάχον ζητήσαντος, προεκρίθη Ὀρέντιος· καὶ μονομαχήσας ἐφόνευσε τὸν Σκύθην, ἀγαγὼν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ. Χαρᾶς οὖν πλησθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσε τῷ Ὀρεντίῳ θῦσαι τὰ ἐπινίκια τοῖς Θεοῖς. Ὁ δὲ εἶπεν, ὅτι μᾶλλον τῷ Χριστῷ θύσωμεν θυσίαν αἰνέσεως, ὡς αἰτίῳ τῆς νίκης. Τότε ὀργισθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐξώρισεν αὐτὸν μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ εἰς τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη. Ἔνθα καὶ ἐτελειώθησαν ἕκαστος ἐν διαφόροις τόποις· οἱ μὲν ἐν θαλάσσῃ ῥιφέντες· οἱ δὲ ἄλλως ἀναιρεθέντες.

EODEM MENSE

ΜΗΝΙ͂ ΤΩ͂Ι ΑΥ͂ΤΩ͂Ι

25. Die Vigesima quinta.

ΚΕ'.

Certamen Sanctæ Martyris Phebroniæ.

S. Phebronia Martyr.

PHebronia Christi martyr monasticum institutum coluit in monasterio Sanctæ Bryænæ in urbe Sibi. Omnes porrò socias sanctimoniales exercitatione antecellens, virtute evasit celeberrima. Cùm autem Diocletiano imperante persecutio in illa regione à præside Selino commota fuisset, reliquis sanctimonialibus fugientibus, Phebronia morbo detenta in monasterio mansit, inserviientibus ipsi Bryæna præfecta, atque Thomaide sanctimoniali. Phebroniam itaque præses missis satellitibus comprehensam, ad suum conspectum venire jussit. Adfuit simul & Bryæna, eamque confortabat. Compulsa ergo Christum negare, cùm minimè acquiesceret, præses eam atrocissimè cædi jussit, & suspensam excarnificari: mamillas quoque, manus, pedesque præcidi: postremum capite plexa, à Domino suscepta est.

Ἄθλησις τῆς ἁγίας Μάρτυρος Φεβρωνίας.

Φεβρωνία ἡ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχε μὲν μονάζουσα ἐν τῇ μονῇ τῆς ἁγίας Βρυαίνης ἐν πόλει καλουμένῃ Σίβει. Πάσας δὲ τὰς σὺν αὐτῇ μοναζούσας ἐν τῇ ἀσκήσει νικήσασα, ἐγένετο περιβόητος τῇ ἀρετῇ· ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ, διωγμοῦ κινηθέντος κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην παρὰ Σελίνου τοῦ Ἡγεμόνος, αἱ μὲν λοιπαὶ μονάζουσαι ἔφυγον· ἡ δὲ Φεβρωνία ἀῤῥωστοῦσα κατέκειτο ἐν τῷ μοναστηρίῳ, θεραπευομένη ὑπὸ Βρυαίνης τῆς Ἡγουμένης, καὶ τῆς μοναχῆς Θωμαΐδος. Ἀποστείλας οὖν ὁ Ἡγεμὼν ἐκράτησε τὴν Φεβρωνίαν, καὶ ἀγαγὼν ἐνώπιον αὐτοῦ, παρούσης καὶ τῆς Βρυαίνης, καὶ ἐπιστηριζούσης αὐτὴν, ἠνάγκασεν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Καὶ μὴ πεισθεῖσαν, ἔτυψεν σφοδρῶς, καὶ κρεμάσας ἔξεσε. Καὶ τοὺς μαστοὺς, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας ἐξέκοψε· καὶ ξίφει διεῖλε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· καὶ οὕτως τελειωθεῖσαν προσελάβετο ὁ Κύριος.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ Α'ΥΤΩ͂

ΕΟDEM MENSE

Κϛʹ.

Die Vigesima sexta. 26.

Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἐπισκόπου Γότθων.

Ἰωάννης ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ὡς ὁ μέγας Προφήτης Ἱερεμίας, ἐκ βρέφους ἁγιασθεὶς ἐγεννήθη ἐξ ἐπαγγελίας παρὰ γονέων εὐλαβῶν καὶ πιστῶν· καὶ ἐδόθη παρ' αὐτῶν ἅμα τῷ γεννηθῆναι δῶρον τῷ Θεῷ, ἀφιερωθεὶς τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς Ἐπισκοπῆς Γοτθίας ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου. Ἐπεὶ δὲ εἰς μέτρον καὶ τῆς πνευματικῆς καὶ σωματικῆς ἔφθασεν ἡλικίας, καὶ ἔδει αὐτὸν εἰς τὸν τῆς Ἀρχιερωσύνης θρόνον ἀνελθεῖν, ψηφισθεὶς ὑπὸ τοῦ ἰδίου λαοῦ ἐπέμφθη εἰς Ἰβερίαν, καὶ ἐχειροτονήθη ὑπὸ τοῦ ἐκεῖσε ὄντος Ἀρχιερέως, διὰ τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπικρατεῖν τὴν τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσιν. Καὶ ὑποστρέψας, καὶ καλῶς τὴν ποίμνην αὐτοῦ ποιμάνας, ἀπεδήμησε καὶ τῇ Κωνσταντινουπόλει μετὰ τελευτὴν τοῦ Ἰσαύρου. Καὶ δεξιωθεὶς παρὰ τῆς βασιλίσσης Εἰρήνης, ὑπέστρεψε. Καὶ διωχθεὶς παρὰ τοῦ οἰκείου λαοῦ, καὶ φυγὼν ἐν Ἀμάστριδι, ἐτελεύτησεν.

Commemoratio Sancti Patris nostri Joannis Episcopi Gotthorum.

Sanctus pater noster Joannes, sicut magnus Propheta Jeremias, ab infantia sanctificatus, parentibus piis ac fidelibus ex promissione natus est, simulque ab iisdem oblatus fuit Deo donum, consecratusque ecclesiæ Episcopatus Gotthiæ, Leone Isauro Imperatore. Cùm autem ad mensuram tum spiritualis, tum corporalis ætatis pervenisset, oporteretque eum ad Pontificatus thronum ascendere, proprii populi suffragiis electus in Iberiam mittitur, atque à Pontifice illius regionis ordinatur, eo quod Constantinopolim Iconomachorum hæresis obtineret. Inde reversus, cùm gregem suum optimè gubernasset, Constantinopolim post Isauri obitum venit: ubi ab Imperatrice Irene exceptus, iterùm ad suam ecclesiam revertitur: sed à proprio populo exagitatus, Amastridem fugit, & ibi vitam finivit.

S. Joannes Episc. Gotthorum.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ Α'ΥΤΩ͂

EODEM MENSE

ΚΖʹ.

Die Vigesima septima. 27.

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Κύριλλος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ἦν μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἀλεξανδρείας, ἀνεψιὸς δὲ Θεοφίλου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας. Εὐφυὴς δὲ γενόμενος, καὶ πᾶσαν γραφὴν διελθὼν Ἑλληνικὴν ἐμοῦ καὶ Χριστιανικὴν, εἰς ὕψος ἀνῆλθεν ἀρετῆς. Ὅθεν μετὰ κοίμησιν Θεοφίλου τοῦ θείου αὐτοῦ κοινῇ ψήφῳ τῶν Ἀλεξανδρέων ἐπὶ τὸν τῆς Ἀρχιερωσύνης ἀνήχθη θρόνον. Καὶ τὴν ποίμνην παραλαβὼν, ὡς ποιμὴν ἄγρυπνος, τοὺς μὲν αἱρετικοὺς ὡς λύκους ἐδίωξε· τοὺς δὲ πιστοὺς καὶ ὀρθοδόξους δόγμασιν ἀληθείας ἐστήριζεν. Οὗτος καὶ τὸν αἱρετικὸν Νεστόριον, Κυριοτόκον τὴν Θεοτόκον λέγοντα καθελὼν, Θεοτόκον κυρίως καὶ ἀληθῶς ἐξεφώνησέ τε καὶ ἐδογμάτισεν· Σύνοδον Οἰκουμενικὴν συναθροίσας ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου. Καὶ μετὰ ταῦτα τὴν Ἀλεξανδρείαν καταλαβὼν, καὶ πολλὰς βίβλους συγγραψάμενος κατὰ πάσης αἱρέσεως, ἐν εἰρήνῃ πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησεν.

Commemoratio Sancti Patris nostri Cyrilli Episcopi Alexandrini.

Sanctus Pater noster Cyrillus, Alexandriæ natus, Theophili Patriarchæ ejusdem urbis nepos, perspicaci ingenio præditus, universam Græcorum, Christianorumque literaturam didicit, & ad summum virtutis fastigium pervenit. Quamobrem post Theophili avunculi sui obitum communi suffragio Alexandrinorum ad Pontificatus thronum provectus est. Gregem itaque suscipiens, ut pervigil pastor, hæreticos quidem ut lupos exagitavit; fideles verò, & orthodoxos veritatis doctrinis confirmavit. Hic etiam Nestorium hæreticum deposuit, ajentem, Deiparam esse Domini genitricem nominandam. Contra ipse reclamavit, & veluti dogma prædicavit, propriè, verèque Deiparam appellandam esse: & œcumenicam Synodum ob hanc causam Ephesi temporibus Theodosii junioris congregavit. Posthæc Alexandriam reversus, scriptisque adversùs omnem hæresim pluribus libris, in pace ad Deum migravit.

S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus.

Καὶ

Et

Et commemoratio Sancti Patris nostri David Thessalonicæ.

S. David Thessalonicens.

Sanctus Pater noster, atque Thaumaturgus David, ex partibus Orientis originem quidem duxit; veniens autem in Occidentem, virtutibus illum collustravit, velut splendidissimum sidus. A teneris quippe, ut ajunt, unguiculis factus monachus, abstinentia, & castitate affectiones carnis subjiciens, apparuit cum corpore Angelus. Majoris verò laboris, & præstantioris virtutis cupidus, fugam à terra cogitavit, & in cœlos ascensum; atque arborem amygdalum nactus, sedem sibi idoneam juxta Thessalonicam, illuc ascendit; & aliquando quidem stans, aliquando verò sedens, Deum perpetuo orabat. Advenientes autem, profectus causa, confirmans, & quæ ad salutem sunt docens, dimittebat. Atque ita dies transegit, frigore, æstuque incommodos: cùmque miraculorum virtute locupletatus esset, atque in omnibus Deo serviisset, ad ipsum migravit.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Δαβὶδ ὁ ἐν Θεσσαλονίκῃ.

Ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν καὶ Θαυματουργὸς Δαβὶδ, ὑπῆρχε μὲν ἐξ ἀνατολῶν. Καταλαβὼν δὲ τὴν δύσιν, κατεφώτισεν αὐτὴν ταῖς ἀρεταῖς, ὡς ἀστὴρ πολύφωτος· ἐξ ἁπαλῶν γὰρ ὀνύχων γενόμενος μοναχὸς, καὶ ἐγκρατείᾳ καὶ ἁγνείᾳ τὰ πάθη τῆς σαρκὸς ὑποτάξας, ὡράτο μετὰ σώματος Ἄγγελος. Ἐπιθυμῶν δὲ πλείονος κόπου, καὶ μείζονος ἀρετῆς, διενοεῖτο τὴν ἀπὸ γῆς φυγὴν, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀνάβασιν. Καὶ εὑρὼν δένδρον μυγδαλῆς, πρὸς καθέδραν ἐπιτήδειον, πλησίον Θεσσαλονίκης, καὶ εἰς ἐκεῖνο ἀναβὰς, καί ποτε μὲν ἱστάμενος, ποτὲ δὲ καθεζόμενος, τὸν Θεὸν ἐδυσώπει διὰ παντός. Καὶ τοὺς πρὸς αὐτὸν ἀπερχομένους χάριν ὠφελείας στηρίζων, καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν διδάσκων ἀπέλυεν. Καὶ οὕτω βιοὺς, καὶ ψύχει καὶ καύματι ταλαιπωρούμενος, ἐπλούτησε καὶ θαυμάτων ἐνέργειαν. Καὶ ἐν πᾶσι τὸν Θεὸν θεραπεύσας, πρὸς αὐτὸν ἐξεδήμησεν.

Et commemoratio Sancti Patris nostri Sampsonis Xenodochi.

S. Sampson Xenodochus.

Sanctus Pater noster Sampson ex vetere Roma fuit magni Constantini affinis. Distributo autem in egentes toto patrimonio, egenus pro Christo factus, Constantinopolim venit, vixitque in Sanctorum Prophetarum templis, orationi intentus. Otium autem nactus, in inspiratis à Deo scripturis meditabatur. Ob hujusmodi virtutes cùm Menæ Patriarchæ innotuisset, magnæ Ecclesiæ Presbyter ordinatus fuit: atque deinceps factus est portus salutaris laborantibus, & ægris. Medendi enim artem doctus, Imperatorem etiam Justinianum à morbo incurabili sanavit, à quo plurimi habitus fuit & amatus. Xenodochium itaque ad pauperum, & infirmorum levamen condidit: cùmque plura & egregia opera atque miracula fecisset, in pace obdormivit. Ejus reliquiæ in templo Sancti Martyris Mocii depositæ fuere.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σαμψὼν τοῦ Ξενοδόχου.

Σαμψὼν ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, συγγενὴς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Παρασχόμενος τὸν πλοῦτον αὐτοῦ πάντα τοῖς πτωχοῖς, καὶ πτωχεύσας διὰ Χριστὸν, τὴν Κωνσταντινούπολιν κατέλαβε. Καὶ τοῖς ναοῖς τῶν ἁγίων Προφητῶν ἐν αὐτοῖς προσευχόμενος διετέλει. Ἡσυχίας δὲ λαβόμενος, καὶ θεοπνεύστοις γραφαῖς ἐμμελετήσας, φανερὸς ἐγένετο δι' ἀρετὴν τῷ ἁγιωτάτῳ Πατριάρχῃ Μηνᾷ, καὶ χειροτονεῖται παρ' ἐκείνου πρεσβύτερος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ λοιπὸν ἦν λιμὴν σωτήριος τοῖς πονουμένοις καὶ ἀσθενοῦσι, μετέχων καὶ τέχνης ἰατρικῆς. Θεραπεύσας δὲ καὶ τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἀπὸ πάθους δυσιάτου, ἐφιλοφρονήθη παρ' ἐκείνου τὰ μέγιστα· καὶ κτίσας Ξενῶνα εἰς ἀνάπαυσιν τῶν πτωχῶν καὶ ἀσθενῶν· καὶ πολλὰ κατορθώματα καὶ θαύματα ποιήσας, ἐκοιμήθη ἐν εἰρήνῃ. Τὸ δὲ λείψανον αὐτοῦ ἐτέθη ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Μωκίου.

EO- MHNI'

ΜΗΝΙ͂ ΤΩ͂͂ ΑΥ͂ΤΩ͂

ΚΗ'.

Ἡ Εὕρεσις τῶν Λειψάνων τῶν ἁγίων Μαρτύρων Κύρου, καὶ Ἰωάννου.

ΚΥ'ρος, καὶ Ἰωάννης οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες ὑπῆρχον ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως. Ὁ μὲν Κῦρος ἐκ τῆς πόλεως Ἀλεξανδρείας· ὁ δὲ Ἰωάννος ἐκ τῆς πόλεως Ἐδέσσης, ἰατροὶ τὴν τέχνην. Γνωρίσαντες δὲ ἀλλήλους διὰ τὸ μονότρεπον, περιήρχοντο πᾶσαν νῆσον καὶ πᾶσαν χώραν ἰατρεύοντες, οὐ σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχάς· καὶ πολλοὺς τῶν Χριστιανῶν πρὸς τὸ μαρτύριον προθυμοποιοῦντες, φανεροὶ ἐγένοντο τῷ κατὰ τὸν τόπον Ἄρχοντα. Καὶ παρ' ἐκείνου πρότερον τιμωρηθέντες, ὕστερον ἀπεκεφαλίσθησαν. Καί ποτε μὲν κρυβέντα τὰ τίμια αὐτῶν λείψανα, μετὰ ταῦτα ἐφανερώθησαν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπὶ Ἀρκαδίου βασιλέως, καὶ Θεοφίλου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, μυρία θαύματα ἐπιτελοῦντα μέχρι τῆς σήμερον εἰς δόξαν Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ ἡμῶν, δι' ὃν καὶ ἔπαθον. Ὧν τὴν πανήγυριν ἐτησίως πάντες οἱ πιστοὶ ἑορτάζομεν.

EODEM MENSE

Die Vigesima octava. 28.

Inventio Reliquiarum Sanctorum Martyrum Cyri, & Joannis.

CYrus, & Joannes Christi Martyres Diocletiano imperante claruerunt: & Cyrus quidem Alexandrinus, Joannes verò Edessenus; professione ambo Medici. Cùmque se invicem ob eandem artem agnovissent, omnes insulas, & loca peragrabant, non modò corpora curantes, verùm etiam animas. Cùm verò Christianorum complures ad martyrium subeundum alacriores promptioresque efficerent, ad ejus loci præsidem delati, primùm ab eo cruciatibus affecti, postremo decollati fuere. Et aliquando quidem eorum pretiosæ reliquiæ delituere: postea tamen Alexandriæ detectæ fuerunt Arcadio Imperatore ac Theophilo Patriarcha Alexandrino: quæ usque ad hunc diem innumera miracula faciunt ad gloriam Christi Deique nostri, pro quo passi sunt, quorum anniversariam celebritatem omnes fideles peragimus.

SS. Cyrus, & Joannes.

ΜΗΝΙ͂ ΤΩ͂ ΑΥ͂ΤΩ͂

ΚΘ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μεγάλων Ἀποστόλων Πέτρου, καὶ Παύλου.

ΠΕ'τρος μὲν ὁ μέγας τοῦ Χριστοῦ Ἀπόστολος, ὑπῆρχεν ἐκ πόλεως Βηθσαϊδὰ υἱὸς Ἰωνᾶ, ἀδελφὸς γνήσιος Ἀνδρέου τοῦ πρωτοκλήτου. Ἁλιεὺς δὲ ὢν καὶ πένης ἔλαβε τὴν θυγατέρα Ἀριστοβούλου ἀδελφοῦ Βαρνάβα τοῦ Ἀποστόλου. Ἐξ ἧς καὶ παῖδας ἐγέννησεν. Ἦν δὲ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἀνδρέου κατὰ τὸν καιρὸν, ὅτε ἀπεκλείσθη ὁ Πρόδρομος ἐν φυλακῇ, ἁλιεύων ἐν τῇ λίμνῃ Γεννησαρὲτ, καὶ κληθεὶς παρὰ τοῦ Χριστοῦ, παρερχομένου τὴν λίμνην, ἠκολούθησεν αὐτῷ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ γέγονεν αὐτοῦ μαθητής. Ὁ δὲ Παῦλος Ἑβραῖος ὢν καὶ αὐτὸς, ἐκ τῆς πόλεως Ταρσοῦ, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου

Ἰησοῦ,

EODEM MENSE

Die Vigesima nona. 29.

Certamen Sanctorum magnorum Apostolorum Petri, & Pauli.

PEtrus magnus Christi Apostolus ex urbe Bethsaida, Jonæ filius, germanus frater Andreæ, qui primum vocatus fuit, piscator & pauper, Aristobuli fratris Barnabæ Apostoli filiam duxit, ex qua filios etiam suscepit. Quo autem tempore Præcursor in carcerem conjectus est, ipse in stagno Genezaret piscabatur unà cum fratre Andrea, vocatusque à Christo secùs stagnum prætereunte, unà cum fratre eum secutus, factusque est ejus discipulus. Paulus verò & ipse Hebræus ex urbe Tarso post Domini Jesu assumptionem, ejus ecclesiam persecutus est: sed ab eodem vocatus, ipse quoque ejus discipulus evasit: & unà cum Petro orbem terrarum penè universum circumlustrans, Christum prædicavit. Postremo Romam ambo profecti, pro Christo

SS. Petrus, & Paulus Apostoli.

ſub Nerone paſſi ſunt; & Petrus quidem inverſo capite crucifixus, Paulus verò capite plexus.

Ἰησοῦ, ἐδίωκε τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ. Ἀλλὰ κληθεὶς καὶ αὐτὸς, ἐγένετο αὐτοῦ μαθητής. Καὶ μετὰ Πέτρου τὴν οἰκουμένην σχεδὸν ὅλην περιελθὼν, ἐκήρυξε τὸν Χριστόν. Καὶ τέλος ἐν Ῥώμῃ ἀπελθόντες ἀμφότεροι, ἔπαθον ὑπὲρ Χριστοῦ ὑπὸ Νέρωνος· Ὁ μὲν Πέτρος κατὰ κεφαλῆς σταυρωθείς· Ὁ δὲ Παῦλος ἀποκεφαλισθείς.

EODEM MENSE

30. Die Trigeſima.

Synaxis duodecim Sanctorum Apoſtolorum.

Commemoratio XII. Apoſtolorum.

ETSI quilibet Apoſtolorum alio atque alio tempore martyrium paſſus eſt; attamen Eccleſia ob præcellentem honorem hanc ſynaxim celebrat proximè poſt memoriam ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & univerſos ſimul collaudat, ut qui orbem terrarum illuminarunt. Eſto itaque primus laudum dignus Petrus fervidus diſcipulus, qui ſub Nerone capite inverſo crucifixus fuit. Secundus Paulus vas electionis, qui ſub eodem decollatus eſt. Tertius Andreas primum vocatus, qui ab Ægea arbori affixus eſt. Quartus Jacobus Zebedæi, qui ab Herode gladio necatus eſt. Quintus ejus frater Joannes, qui vivus ſepultus fuit, atque translatus. Sextus Philippus, à Græcis muro ſuſpenſus. Septimus Thomas Didymus, ab Indis lanceis confoſſus. Octavus Bartholomæus in crucem actus. Nonus Matthæus lapidibus obtutus. Decimus Jacobus Alphæi. Undecimus Simon Zelotes. Duodecimus Judas Jacobi ſuſpenſus atque telis confoſſus.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

Λ'.

Ἡ Σύναξις τῶν ἁγίων ΙΒ'. Ἀποστόλων.

ΕἸ καὶ ἕκαστος τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἀλλ' οὖν ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ διὰ τιμὴν ὑπερβάλλουσαν ἑορτάζει τὴν σύναξιν τούτων, ἐχόμενα τῆς μνήμης τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου, καὶ Παύλου, καὶ πάντας ὁμοῦ ἐγκωμιάζει, ὡς τὴν οἰκουμένην φωτίσαντας. Ἔστω τοίνυν πάντων πρῶτος ἐπαίνων ἐπάξιος Πέτρος, ὁ διάπυρος μαθητὴς, ὁ ὑπὸ Νέρωνος κατὰ κεφαλῆς σταυρωθεὶς, Δεύτερος Παῦλος τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς· ὁ ὑπ' αὐτοῦ ἀποκεφαλισθείς. Τρίτος Ἀνδρέας ὁ πρωτόκλητος, ὁ ὑπ' Αἰγεάτου ἐν δένδρῳ σταυρωθείς, Τέταρτος Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, ὁ ὑπὸ Ἡρώδου μαχαίρᾳ σφαγεὶς. Πέμπτος ὁ τούτου ἀδελφὸς Ἰωάννης ὁ ζῶν ταφεὶς, καὶ μετατεθείς. Ἕκτος Φίλιππος ὁ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐν τείχει κρεμασθείς· Ἕβδομος Θωμᾶς ὁ Δίδυμος ὁ ὑπὸ Ἰνδῶν λόγχαις ἀναιρεθείς. Ὄγδοος Βαρθολομαῖος ὁ σταυρωθείς. Ἔννατος Ματθαῖος ὁ λιθοβοληθείς. Δέκατος Ἰάκωβος Ἀλφαίου. Ἑνδέκατος Σίμων ὁ Ζηλωτής. Δωδέκατος Ἰούδας Ἰακώβου κρεμασθεὶς, καὶ τοξευθείς.



ME.



MENOLOGII GRÆCORUM
MENSIS JULIUS.

ΜΗΝΙ' ΙΟΥΛΙΩ

Ἐν τῇ Πρώτῃ.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Ἀναργύρων Κοσμᾶ, καὶ Δαμιανοῦ τῶν ἐν Ῥώμῃ.




Κοσμᾶς, καὶ Δαμιανὸς οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Καρίνου. Ἰατροὶ δὲ ὄντες τὴν τέχνην, περιήρχοντο πάντα τόπον, πᾶσι τοῖς ἀσθενοῦσι παρέχοντες τὰς ἰάσεις, μισθὸν τῆς ἰατρείας αἰτοῦντες τοὺς θεραπευομένους τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. Ὑπολειφθέντες οὖν παρὰ τῶν πεπλανημένων εἰδωλολατρῶν, ὡς διὰ μαγικῆς τέχνης τὰς θεραπείας ποιοῦντες, κατεμηνύθησαν τῷ βασιλεῖ. Καὶ κρατηθέντες ἠναγκάζοντο ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Καὶ μὴ πεισθέντες, πρὸς βασάνους ηὐτρεπίζοντο· ἀλλὰ δυνάμει Χριστοῦ τὸν βασιλέα Καρῖνον τῆς πλάνης ἀπήλλαξαν. Ἐκτραχιλισθέντα γὰρ αὐτὸν ἰασάμενοι,

MENSE JULIO

Die Prima. 1.

Certamen sanctorum Anargyrorum Cosmæ, & Damiani, qui Romæ claruerunt.



Cosmas, & Damianus Christi martyres, Carino imperante, claruerunt. Cùm autem professione medici essent, omnem oberrabant locum, infirmos universos curantes, nullamque aliam ab iis, quos sanabant, curationis mercedem exposcentes, quàm ut Christi fidem amplecterentur. Sed existimantes seducti idololatræ, illos magicis artibus curationes facere, Imperatori detulere. Quam ob rem comprehensi, compellebantur Christum abnegare: quod cùm facere recusarent, ad supplicia sese accingebant. Verùm Christi virtute Imperatorem Carinum ab errore revocarunt. Collo enim luxato laborantem curarunt, effeceruntque, ut non solùm ipse in Christum crederet, sed & omnes illius domestici. Hinc in honore habiti, invidiam ma-

SS. Cosmas & Damianus MM.

 gistri

giſtri ſui ſubiere. In montem itaque ab eo deducti, ad colligendas ſcilicet herbas, lapidati ſunt.

νοι, οὐ μόνον αὐτὸν παρεσκεύασαν πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ καὶ τοὺς οἰκείους αὐτοῦ πάντας. Ἐκ τούτου οὖν ἐν τιμῇ διάγοντες, ἐφθονήθησαν παρὰ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν. Καὶ εἰς ὄρος ἀναχθέντες παρ' αὐτοῦ δῆθεν ἐπὶ συλλογῇ βοτανῶν, ἐλιθοβολήθησαν.

Et commemoratio Sancti Patris noſtri Petri.

Petrus Monachus.

SAnctus Pater noſter Petrus natus Conſtantinopoli temporibus Irenes religioſiſſimæ Imperatricis, patre Conſtantino Patricio, à quo univerſam literaturam Græcorum atque Chriſtianorum edoctus eſt: ducta deinuxore Patricius factus, ob eximiam virtutem à Nicephoro Imperatore Stauracii patre Domeſticus Scholarum inſtitutus fuit, & eum Imperatore adversùs Bulgaros militavit. Cùm verò poſt illius necem, & Stauracii filii ejus fugam, cum aliis quinquaginta captus eſſet, propter fuſas preces, eidem apparente Joanne Theologo, vinculis liberatus, abdicato ſeculo monachus factus eſt, & in monte Olympo unà cum ſancto Joannicio aſceticam vitam traduxit. Poſtquam verò ille deceſſiſſet, ad regiam urbem profectus, in ædibus, quas ipſe in loco Evandri appellato exſtruxerat, conſedit, omnibuſque virtutibus clarus, & multis editis miraculis, vitam finivit.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Πέτρου.

ΠΈτρος ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχεν ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ τῆς βασιλείας Εἰρήνης τῆς εὐσεβεστάτης, υἱὸς Κωνσταντίνου Πατρικίου, ὑφ' οὗ καὶ πᾶσαν γραφὴν ἐδιδάχθη ἑλληνικήν τε καὶ Χριστιανικήν. Εἶτα συζευχθεὶς γυναικί, γέγονε Πατρίκιος· καὶ διὰ τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ προεχειρίσθη Δομέστικος τῶν σχολῶν παρὰ Νικηφόρου βασιλέως τοῦ πατρὸς Σταυρακίου. Καὶ συνεκστρατεύσας τῷ βασιλεῖ κατὰ Βουλγάρων, μετὰ τὴν σφαγὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν φυγὴν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Σταυρακίου, ἐκρατήθη μετὰ ἑτέρων πεντήκοντα· καὶ δι' εὐχῆς λυτρωθεὶς τῶν δεσμῶν ὑπὸ τῆς ἐπιφανείας τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, τὸν κόσμον καταλιπών, ἐγένετο μοναχός. Καὶ συνώκει ἐν τῷ ὄρει τοῦ Ὀλύμπου τῷ ἁγίῳ Ἰωαννικίῳ. Μετὰ δὲ κοίμησιν ἐκείνου, τὴν βασιλεύουσαν καταλαβών, καὶ προσκαθεσθεὶς τῷ παρ' αὐτοῦ οἰκοδομηθέντι ναῷ ἐν τοῖς Εὐάνδρου· καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἐπιδειξάμενος, καὶ πολλὰ θαύματα ποιήσας, ἐτελειώθη.

EODEM MENSE

ΜΗΝΙ' Τῼ͂ Α'ΥΤῼ͂

2. Die Secunda.

Β'.

Depoſitio venerandæ veſtis Sanctiſſimæ Deiparæ.

Ἡ Κατάθεσις τῆς τιμίας Ἐσθῆτος τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

Depoſitio Veſt. SS. Deiparæ.

IMperante Leone magno, duo fratres Patricii Galbius & Candidus incenſi deſiderio proficiſcendi, adorandique ſancta Hieroſolymorum loca, in Palæſtinam ſe contulere: & divertentes in ædes cujuſdam vetulæ Hebrææ, cùm ibidem ægrotorum turbam jacentem vidiſſent, cauſam percontati, didicerunt, eo in loco pretioſam veſtem Deiparæ aſſervari. Rogarunt itaque, ut eam adorare ſibi liceret, & admiſſi ſunt. Cùm verò noctu clam thecæ menſuram accepiſſent, Hieroſolyma profecti, ibi ſimilem thecam præpararunt: reverſique ad eaſdem ædes, thecam quam attulerant, ſublato prototypo, ſuppoſuerunt: quod Con-

ΕἘπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ μεγάλου, ἀδελφοὶ δύο Πατρίκιοι Γάλβιος, καὶ Κάνδιδος, πόθον ἔχοντες τοῦ ἀπελθεῖν καὶ προσκυνῆσαι τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίους τόπους. Τὴν ἔφεσιν οὖν αὐτῶν πληρώσαντες, ἀπῆλθον εἰς Παλαιστίνην· καὶ ἀπλικεύσαντες εἰς οἶκον Ἑβραίας γυναικὸς γραός, εὗρον ἐκεῖ πλήθη ἀσθενῶν κατακειμένων. Καὶ ἐρωτήσαντες, ἔμαθον, ὅτι ἐκεῖ ἐναπόκειται ἡ τῆς Θεοτόκου τιμία ἐσθής. Καὶ αἰτησάμενοι εἰσῆλθον προσκυνῆσαι αὐτήν. Καὶ διὰ νυκτὸς λαβόντες λεληθότως τὰ μέτρα τῆς θήκης, ἀπῆλθον εἰς Ἱεροσό-

ροσόλυμα· καὶ κατασκευάσαντες ὁμοίαν θήκην, πάλιν ὑπέστρεψαν. Καὶ θέντες ἐκεῖ, ἀνελάβοντο τὴν πρωτότυπον, καὶ ἤγαγον εἰς Κωνσταντινούπολιν, ἀποθέμενοι ἐν τῷ προαστείῳ αὐτῶν, Βλαχέρναι λεγομένῳ· δοξάσαντες ἅμα τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ λαῷ τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ τοιούτῳ θησαυρίσματι.

Constantinopolim inde translatum, in suo suburbio, quod Blachernas appellant, deposuerunt, gratias agentes unà cum Imperatore, & populo, ob talem acquisitum thesaurum.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ὑακίνθου.

Ὁ Τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Ὑάκινθος, ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς χώρας Φρυγίας, ἐν ᾗ καὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπαιδεύθη. Ἀπελθὼν δὲ εἰς Κύμην τὴν πόλιν ἰᾶτο τοὺς νοσοῦντας ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γνωσθεὶς παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, ἐκρατήθη καὶ παρεδόθη τῷ τῆς χώρας Ἡγεμόνι. Καὶ ἀναγκασθεὶς θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθεὶς, ἐβασανίσθη. Καὶ εὐξάμενος τῷ Θεῷ, παρέδωκε τὸν Ἡγεμόνα πνεύματι ἀκαθάρτῳ· καὶ θαυματουργήσας ἐθεράπευσεν αὐτὸν, πιστεύσαντα εἰς Χριστὸν, καὶ ἀπελύθη. Εἶτα κρατηθεὶς παρὰ τῶν Κυμαίων, ἐτιμωρήθη. Καὶ πάλιν εὐξάμενος, καὶ σείσας τὴν πόλιν, καὶ τὰ εἴδωλα συντρίψας, πολλοὺς ἔπεισε πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ. Καὶ μετὰ ταῦτα κρατηθεὶς παρὰ Κλεάρχου τοῦ ἄρχοντος, καὶ τὰ σκέλη συντριβεὶς, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Καὶ τῆς φυλακῆς ἀπολυθεὶς, καὶ περιερχόμενος πᾶσαν χώραν, καὶ τοὺς νοσοῦντας ἰώμενος, νοσήσας καὶ αὐτὸς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Et certamen Sancti Martyris Hyacinthi.

Martyr Christi Hyacinthus in Phrygia natus, ibidem pietatem didicit. Inde Cymen urbem profectus, ægros in nomine Christi sanabat. Agnitus itaque ab idololatris, comprehensusque, regionis Præsidi traditus est. Compulsus porrò idolis immolare, cùm id facere recusaret, tortus est. Cùmque Deum orasset, Præsidem spiritui immundo tradidit, ipsumque mox in Christum credentem mirabiliter curavit. Quare dimissus, mox à Cymæis comprehensus, variis cruciatibus affectus est: rursusque orans, urbem terræmotu concussit, idolisque contritis, plures ad Christi fidem convertit. Posthæc à Clearcho præside captus, confractis cruribus in custodiam includitur: indeque dimissus, circumlustrata tota regione ægros curavit. Postremum & ipse ægritudine correptus, ad Dominum migravit. S. Hyacinthus M.

Καὶ Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰουβεναλίου.

Ἰουβενάλιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ὑμῶν, ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, τρίτος Πατριάρχης Ἱεροσολύμων γενόμενος μετὰ Κύριλλον τὸν ἁγιώτατον. Παρῆν δὲ καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ Συνόδῳ τῶν διακοσίων ἁγίων Πατέρων, διαλάμψας ἐν λόγοις καὶ δόγμασι μετὰ Κυρίλλου τοῦ ἀοιδίμου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας. Ἔφθασε δὲ καὶ μέχρι τῆς ἐν Χαλκηδόνι τετάρτης Συνόδου, ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαρκιανοῦ τοῦ κτίσαντος τὸν ἐν Βλαχέρναις ναόν. Ὑφ' οὗ ἐρωτηθεὶς, ποῦ ἐτέθη τὸ τῆς Θεομήτορος ἄχραντον σῶμα, ὅπως ἀποστείλας ἀναλάβηται, καὶ ἀπόθηται αὐτὸ ἐν τῷ τοιούτῳ ναῷ, ἔφη

Et commemoratio Sancti Patris nostri Juvenalis.

Sanctus Pater noster Juvenalis, Theodosio minore imperante, Hierosolymorum tertius post sanctissimum Cyrillum Patriarcha factus, adfuit mox io Synodo Ephesina ducentorum sanctorum Patrum, ubi unà cum celebri Cyrillo Patriarcha Alexandrino sermonibus & dogmaribus refulsit. Pervenit autem usque ad Chalcedonensem quartam Synodum, imperante Marciano, Blachernarum templi conditore: cui sciscitanti, ubi depositum fuisset immaculatum Dei genitricis corpus, ut inde transferendum curaret in illud, quod construxerat templum, respondit, ex scriptura quidem se nihil scire; ex antiqua tamen traditione se doctum fuisse, Deiparæ corpus assumptum fuisse, relictis in sepulcro so- S. Juvenalis Patriarcha Hierosolymorum.

lis

lis linteaminibus. Tùm verò Imperator inde translata, in Blachernis deposuit. Sanctus autem Juvenalis in propriam ecclesiam regressus, in pace obdormivit.

ἔφη· ἀπὸ γραφῆς μὲν μὴ εἰδέναι, ἐξ ἀρχαίου δὲ λόγου διδαχθῆναι, ὅτι ἀνελήφθη, καταλειφθέντων ἐν τῷ τάφῳ μόνων τῶν ἐνταφίων· τότε ὁ μὲν βασιλεὺς ἀποστείλας ἀνελάβετο αὐτὰ· καὶ ἀπέθετο ἐν Βλαχέρναις· ὁ δὲ ἅγιος Ἰουβενάλιος ὑποστρέψας εἰς τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν, ἐν εἰρήνῃ ἐκοιμήθη.

EODEM MENSE

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

3. Die Tertia.

Γ'.

Certamen Sanctorum Martyrum Marci, & Mociani.

SS Marcus, & Mocianus MM.

MArcus & Mocianus Christi martyres, eo quod Christum confiterentur, comprehensi fuerunt à Maximo præfecto, qui illos, ut Christianam religionem abnegarent, & idolorum superstitioni se submitterent, compellere conatus est. Sed dum cruciarentur, parvulus quidam puer, qui aræ sacrificantium adstabat, Præfectum reprehendit, quòd injustè ageret. Quapropter vinctus & flagellis cæsus, unà cum Paulo quodam Christiano, qui aderat, & sanctos animabat, in carcerem conjectus fuit. Lata deinde in sanctos sententia capitis, dum vincti ad mortem ducerentur, Deum orabant, eique gratias agebant, quod digni habiti essent martyrium pro ipso pati. Uxores autem eorum cum filiis flentes sequebantur usque ad locum supplicii: quo cùm pervenissent, capite truncati sunt, venerandis eorum uxoribus capita excipientibus.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Μάρκου, καὶ Μωκιανοῦ.

ΜΑ'ρκος, καὶ Μωκιανὸς οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, κρατηθέντες διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν παρὰ Μαξίμου τοῦ ἐπάρχου, ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστιανισμὸν, ὑποκύψαι δὲ τῇ πλάνῃ τῶν εἰδώλων κατηναγκάζοντο. Βασανιζομένων οὖν τούτων, παιδίον μικρὸν παρεστὼς τῷ βωμῷ τῶν θυσιῶν, ἤλεγξε τὸν ἔπαρχον ἀδικοῦντα. Καὶ κρατηθὲν καὶ μαστιχθὲν ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν μετὰ Παύλου τινὸς Χριστιανοῦ παρόντος, καὶ τοὺς ἁγίους θαρσοποιοῦντος. Δεξάμενοι δὲ οἱ ἅγιοι τὴν διὰ ξίφους ἀπόφασιν, ἤγοντο δέσμιοι ἐπὶ θάνατον, προσευχόμενοι τῷ Θεῷ καὶ εὐχαριστοῦντες, ὅτι κατηξιώθησαν τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ μαρτυρίας ἀξιωθῆναι. Ἠκολούθουν δὲ αἱ γυναῖκες αὐτῶν μετὰ τῶν τέκνων κλαίουσαι, ἕως τόπου τῆς ἑαυτῶν σφαγῆς· εἶτα καὶ φθάσαντες ἀπεκεφαλίσθησαν, τὰς κεφαλὰς δεξαμένων τῶν τιμίων αὐτῶν γυναικῶν.

Et commemoratio Sancti Patris nostri Anatolii Patriarchæ Constantinopolitani.

S. Anatolius Patriarcha CP.

SAnctus Pater noster Anatolius in civitate Alexandria natus, Presbyter erat sanctissimæ Dei ecclesiæ, temporibus Theodosii junioris. Ob suam verò virtutem & sapientiam Apocrisiarius Constantinopolim missus fuit à Dioscoro Patriarcha Alexandrino hæretico, in spem adducto fore, ut suffragatorem illum haberet perversi sui dogmatis. Ve-

Καὶ Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνατολίου τοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως.

ἈΝατόλιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ἦν μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἀλεξανδρείας, πρεσβύτερος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ. Διὰ δὲ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τὴν γνῶσιν, Ἀποκρισιάριος ἀποσταλεὶς εἰς Κωνσταντινούπολιν ὑπὸ Διοσκόρου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας τοῦ αἱρετικοῦ, ἐλπι-

ἐλπίσαντος αὐτὸν ὁμόφρονα ἕξειν τῆς οἰκείας κακοδοξίας, παρεγένετο ἐν τῇ ἐν Χαλκηδόνι Τετάρτῃ Συνόδῳ· καὶ σὺν τοῖς ἁγίοις ἑξακοσίοις τριάκοντα Πατράσιν ἀναθεματίσας τὸν Διόσκορον· τὸ τοῦ ἁγίου Φλαβιανοῦ ὄνομα ὑπὸ Διοσκόρου καθαιρεθὲν ἐν τῇ Ἐφέσῳ λῃστρικῇ Συνόδῳ, καὶ ἄδικον θάνατον παρὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπομείναντος, τοῖς διπτύχοις ἀνέταξε· καὶ τοὺς αἱρετικοὺς πάντας ἀνεθεμάτισεν. Εἶτα Πατριάρχης προχειρισθεὶς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ καλῶς τὸ ποίμνιον ἰθύνας, πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησεν.

Verùm ille Synodo Chalcedonensi quartæ interfuit, & unà cum sexcentis ac triginta sanctis Patribus Dioscorum anathemate percussit: nomen sancti Flaviani ab eodem Dioscoro in Ephesina latrocinantium Synodo è folio deturbati, injustaque morte ab hæreticis multati, diptychis inseruit; omnesque hæreticos anathematis sententia perstrinxit. Demum Patriarcha Constantinopolitanus creatus, postquam gregem rectè gubernasset, ad Deum migravit.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ὑακίνθου.

Ὑάκινθος ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς πόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας· Κουβικουλάριος δὲ ὑπάρχων, καὶ ὑπὲρ τῶν τῆς τραπέζης δουλείᾳ Τραιανοῦ τοῦ παρανόμου βασιλέως ἐν Ῥώμῃ, ἔσεβε τὸν Χριστόν. Διαβληθεὶς οὖν ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ κρατηθεὶς, ἠναγκάζετο θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, καὶ μιαροφαγῆσαι. Ὁ δὲ πρὸς τὸ μὴ πεισθῆναι τοῦτο ποιῆσαι, καὶ τὸν Χριστὸν μᾶλλον ὡμολόγει τρανότερον, Θεὸν αὐτὸν εἶναι λέγων μόνον, καὶ Κύριον τοῦ παντός· ὅθεν τυφθεὶς σφοδρῶς, παρεδόθη τῇ φυλακῇ. Τοῦ δὲ βασιλέως προστάξαντος τῷ δεσμοφύλακι, καθαροὺς μὲν ἄρτους μὴ προσαγαγεῖν αὐτῷ, ἐκ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων μόνον βρώματα παραθεῖναι· αὐτὸς ἐπὶ πλείστας ἡμέρας τούτων μὴ γευσάμενος, ἀλλ' ἄσιτος διαμείνας, τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ παρέθετο.

Et certamen Sancti Martyris Hyacinthi.

Hyacinthus Christi martyr fuit ex civitate Cæsareæ Cappadociæ. Cùm autem Cubicularius esset, & mensæ Trajani impii Imperatoris præfectus Romæ deserviret, Christum colebat. Idcircò ab idololatris accusatus & comprehensus, adigebatur ad sacrificandum idolis, & ad comedendos immundos cibos. Sed cùm ipse id se commissurum negaret, Christumque multo apertius confiteretur, dicens, ipsum solum Deum esse & universorum Dominum; graviter propterea cæsus, in carcerem conjectus est. Imperatore autem præcipiente custodi carceris, ne ei mundos panes afferret, sed cibos dumtaxat idolis immolatos præberet, cùm ipse per plurimos dies eos non gustasset, sed jejunus permansisset, spiritum Deo reddidit. S. Hyacinthus Martyr.

Καὶ Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Θεοδότου, καὶ Θεοδότης.

Καὶ οὗτοι οἱ ἅγιοι Μάρτυρες διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κρατηθέντες παρὰ τοῦ δυσσεβοῦς Τραιανοῦ, καὶ καταναγκασθέντες ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἀλήθειαν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις· καὶ μὴ πεισθέντες, διαφόρως τιμωρηθέντες, ἀπεκλείσθησαν εἰς ἐκείνην τὴν φυλακὴν, εἰς ἣν ὑπῆρχεν ἀποκλεισμένος ὁ ἅγιος Μάρτυς Ὑάκινθος. Καὶ διδασκόμενοι ὑπ' ἐκείνου, καὶ ἐπὶ πλεῖον εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν στηριζόμενοι, κατεμηνύθησαν ὑπὸ τῶν φυλάκων, εἰδωλολατρῶν ὄντων, τῷ βασιλεῖ Τραιανῷ. Καὶ μετ'

Et certamen Sanctorum Martyrum Theodoti, & Theodotæ.

Hi quoque sancti martyres propter Christi confessionem ab impio Trajano comprehensi, compulsique veritatem abnegare, & idolis immolare, cùm ad id adduci non possent, diversis tormentis excruciati, in eum carcerem conjecti sunt, in quo sanctus martyr Hyacinthus inclusus fuerat: à quo cùm illi fuissent instructi, & in Christi fide magis confirmati, à custodibus idololatris ad Imperatorem Trajanum delati fuerunt; & post mortem sancti Hyacinthi è carcere educti, coram ipso steterunt: rursumque compulsi pollutos cibos comedere, illum increpuerunt, SS. Theodorus, & Theodota MM.

&

& idolorum errorem execrati sunt. Tùm verò è lignis suspensi & excarnificati, lampadibus usti sunt. Demum è lignis depositi, vivendi finem gladio fecerunt, animas suas Deo tradentes.

EODEM MENSE

Die Quarta.

4.

Certamen sacrosancti Martyris Theodori Cyrenes Episcopi.

S. Theodorus Episc. Cyrenes.

THeodorus sacromartyr ex urbe Cyrene, Imperatore Diocletiano, calligraphiam benè doctus, multos codices sua manu exaratos Christianis ad laudandum Deum suppeditabat. Idcirco à filio delatus urbis præsidi, unà cum aliis multis Christianis, cum quibus erat sancta Lucia, comprehensus est: librosque, quos descripserat, rogatus, cùm eos tradere nollet, graviter cæsus fuit. Adactus autem ad aram accedere, eique thus adolere, procurrens calcibus illam evertit. Tùm verò è ligno suspensus, clavisque confixus est, eique lingua abscissa. Mox è ligno depositus, in carcerem conjicitur. Videntes autem illum sanum & incolumem, multi viri ac mulieres in Dominum crediderunt, qui & unà cum illo capite plexi sunt.

S. Andreas Cretensis & Lampadius Irenop.

Et commemoratio sancti Patris nostri Andreæ Hierosolymitani, Archiepiscopi Cretæ: & sancti Lampadi Irenopolitani.

μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ ἁγίου Ὑακίνθου, ἐκβληθέντες τῆς φυλακῆς, παρέστησαν αὐτῷ. Καὶ πάλιν βιασθέντες μιαροφαγῆσαι, ἤλεγξαν αὐτόν· καὶ τὴν πλάνην διέσυρσαν τῶν εἰδώλων. Τότε κρεμασθέντες ἐπὶ ξύλων, ἐξέσθησαν, καὶ λαμπάσι κατεκάησαν. Καὶ τῶν ξύλων καταβιβασθέντες, τὸ διὰ ξίφους τέλος ἐδέξαντο, τὰς ψυχὰς αὐτῶν τῷ Θεῷ παραδόντες.

ΜΗΝῚ Τῼ͂ ΑΥ̓Τῼ͂

Δ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Θεοδώρου Ἐπισκόπου Κυρήνης.

ΘΕόδωρος ὁ Ἱερομάρτυς, ἦν μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ, ἐκ πόλεως Κυρήνης· τὴν δὲ καλλιγραφικὴν καλῶς ἐκμαθὼν τέχνην, καὶ βίβλους πολλὰς κατασκευάζων, παρεῖχε τοῖς Χριστιανοῖς εἰς τὸ δοξολογεῖν τὸν Θεόν. Διαβληθεὶς οὖν ὑπὸ τοῦ ἰδίου υἱοῦ τῷ τῆς πόλεως Ἄρχοντι, ἐκρατήθη μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν Χριστιανῶν· μεθ' ὧν ἦν καὶ ἡ ἁγία Λουκία. Καὶ ἐπιζητηθεὶς τὰς βίβλους, ἃς ἔγραψε, καὶ μὴ παρέχων, ἐτύφθη σφοδρῶς. Καὶ τῷ βωμῷ προσελθεῖν, καὶ λιβανωτὸν ἐπιβαλεῖν βιαζόμενος, αὐτὸς δραμὼν καὶ λακτίσας αὐτὸν ἀνέτρεψε. Τότε κρεμασθεὶς ἐπὶ ξύλου καθηλώθη, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξετμήθη. Καὶ τοῦ ξύλου καταβιβασθεὶς, εἰς φυλακὴν ἀπεκλείσθη. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν θεραπευθέντα, πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν Κύριον, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες· οἵτινες καὶ σὺν αὐτῷ ἀπεκεφαλίσθησαν.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου. Καὶ τοῦ ὁσίου Λαμπάδου τοῦ ἐν Εἰρηνουπόλει.

ΜΗΝΙ' ΤΩ͂ Α'ΥΤΩ͂

Ε'.

Μνήμη τῆς ὁσίας Μάρθας τῆς μητρὸς τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ ἐν τῷ θαυμαστῷ ὄρει.

Η Ὁσία Μάρθα, μήτηρ μὲν ὑπῆρχε τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ ἐν τῷ θαυμαστῷ ὄρει, πᾶσαν ἀρετὴν διὰ τῆς ἄκρας ἀσκήσεως κατορθώσασα· πίστιν δὲ πολλὴν ἔχουσα πρὸς τὴν Θεομήτορα Παρθένον, ἀεὶ προσήδρευεν ἐν τῷ ταύτης ναῷ, αἰτουμένη αὐτὴν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου παντὸς σωτηρίας. Ὅθεν πρὸ τῆς τοῦ σώματος ἐκδημήσεως, τὰ ἀποκείμενα αὐτῇ αἰώνια ἀγαθὰ ἐδιδάχθη τε καὶ ἐμυήθη. Καὶ τότε μετ' ἀγαθῶν ἐλπίδων ἀπελθοῦσα, ὕστερον τοῖς προσεδρεύουσιν αὐτῆς τῷ ἁγίῳ λειψάνῳ ἐπιφανεῖσα, καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα διηγησαμένη, πᾶσαν χαρὰν ἐποίησεν· ἀγαθὰ ἐκεῖνα, ἃ ὀφθαλμὸς αἰσθητὸς οὐκ εἶδεν, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Οὕτω δοξάζει Κύριος τοὺς δοξάζοντας αὐτόν τε, καὶ τὴν ἀσπόρως καὶ ἀφθόρως τεκοῦσαν αὐτὸν δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον.

Καὶ Ἄθλησις τῆς ἁγίας Μάρτυρος Ἁγνῆς.

Η τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Ἁγνὴ τὸν τρόπον τῷ ὀνόματι κατάλληλον ἔχουσα, πολλὰς τῶν ἀκολάστων γυναικῶν διὰ νουθεσίας καὶ παραινέσεως, τῶν πονηρῶν ἔπειθεν ἀπέχεσθαι πραγμάτων, καὶ πιστεύειν εἰς Χριστόν. Διὰ ταῦτα κρατηθεῖσα παρὰ τοῦ τῆς χώρας Ἄρχοντος, ἐβασανίσθη σφοδρῶς. Καὶ μὴ πεισθεῖσα θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, εἰς πορνεῖον ἐπέμφθη ἐπὶ τῷ μιανθῆναι παρὰ τῶν ἀκολάστων. Ἀλλὰ τῷ Χριστῷ θαρρήσασα, ᾧ καὶ τὴν πίστιν καὶ τὴν ἁγνείαν διετήρει, ἄσπιλος καὶ καθαρὰ διεφυλάχθη, ὑπὸ θείου Ἀγγέλου σκεπομένη, τοῦ μὴ ἐῶντος τινὰ προσεγγίσαι αὐτῇ. Ἐξ ὧν εἷς τολμήσας προσελθεῖν, παραυτίκα ἐνεκρώθη. Ὡς δὲ τοῦτο ἤκουσεν ὁ Ἄρχων, προσεκαλέσατο αὐτὴν, καὶ ἠτήσατο ἀναστῆσαι τὸν νεκρόν. Καὶ τῆς ἁγίας εὐξαμένης, εὐθέως ἠγέρθη ὁ τεθνηκώς. Καὶ νομίσας ὁ Ἄρχων ὅτι διὰ γοητείας ἤγειρεν αὐτὸν, πυρὶ παρέδωκεν αὐτήν.

EODEM MENSE

Die Quinta. 5.

Commemoratio Sanctæ Marthæ matris Sancti Simeonis in Monte admirabili.

SAncta Martha sancti patris nostri Simeonis Thaumastoritæ mater omnem virtutem per summam exercitationem consecuta est. Multam autem fiduciam in Deiparam virginem habens, perpetuo in ipsius templo assidens, eam pro universi orbis salute orabat: Quocirca ante suum è corpore discessum sempiterna sibi reposita bona divinitus docta, secreto intellexit. Atque tunc quidem cum bona spe illa discessit: postmodum verò ad sanctas ipsius reliquias accurrentibus apparens, & illa bona enarrans, quæ oculus corporeus non vidit, quæ præparavit Deus diligentibus se, incredibilem attulit lætitiam. Sic Dominus glorificat eos, qui ipsum glorificant una cum Domina nostra Deipara, quæ illum sine semine & sine corruptione peperit. S. Martha mater S. Simeonis.

Et certamen Sanctæ Agnetis Martyris.

MArtyr Christi Agnes moribus nomini convenientibus ornata, complures impudicas feminas suis admonitionibus atque cohortationibus à flagiriis avocatas, ad Christi fidem adduxit. Idcirco ab ejus loci præfecto comprehensa, excruciata est: cùmque recusaret idolis immolare, ad lupanar duci jubetur, ut ab incontinentibus violaretur. At illa in Christum confisa, cui & fidem suam castitatemque observabat, incontaminata puraque servata est, à divino Angelo protecta, non permittente quemquam ad illam accedere: ex quibus unus ausus accedere, repente exanimatus corruit. Quod audiens præfectus, illam ad se accersitam oravit, ut mortuum suscitaret. Sancta itaque orante, extemplo defunctus revixit. Ratus autem præfectus malefica arte illam id effecisse, flammis cremandam tradidit. S. Agnes Martyr.

Et certamen Sanctæ Martyris Cyprillæ.

S. Cyprilla Martyr.

Cyprilla Christi martyr, Diocletiano imperante, Cyrene nata, Christianis parentibus, conjuge post biennium defuncto, per octo & viginti annos in viduitate mansit. Cùm autem Theodorus sanctissimus Cyrenes Episcopus captus, in carcerem detrusus fuit, accidit, ut capitis dolore affecta, curationis gratia ad illum veniret; ab eoque curata, eidem ministrare cœpit cum Lucia, & Aroa piis feminis. Post obitum verò sancti Theodori ad præsidem adducta, Christumque professa, primùm cæditur: deinde palma prunas excipiens, à lictoribus ipsius manum apprehendentibus cogebatur thus diis adolere. Illa contra clamabat; Non est hæc, inquiens, spontanea oblatio: ego enim Christo meo sacrifico. Hæc locuta, in equuleum sublime atripitur, ibique excarnificata, spiritum tradidit.

S. Hilarion In monast. Dalmatæ.

Et memoria Sancti Hilarionis in monasterio Dalmatæ.

Καὶ Ἄθλησις τῆς ἁγίας Μάρτυρος Κυπρίλλης.

Κυπρίλλα ἡ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς πόλεως Κυρήνης ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ. Προγόνων δὲ οὖσα Χριστιανή, συνῴκησεν ἀνδρὶ ἐπὶ δυσὶν ἔτεσιν. Καὶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τελευτήσαντος, ἔμεινεν ἐν χηρείᾳ ἔτη εἴκοσι ὀκτώ. Ὅτε δὲ ἐκρατήθη Θεόδωρος ὁ ἁγιώτατος Ἐπίσκοπος Κυρήνης, καὶ ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν, κατὰ συγκυρίαν ἀλγήσασα τὴν κεφαλήν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτόν, χάριν ἰάσεως. Καὶ θεραπευθεῖσα διηκόνει αὐτῷ σὺν Λουκίᾳ καὶ Ἀρόᾳ ταῖς ὁσίαις γυναιξίν. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τελείωσιν, παραστᾶσα τῷ Ἡγεμόνι, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσασα, πρότερον ἐτύφθη. Εἶτα ἄνθρακας ἐπὶ τῆς παλάμης δεξαμένη, ἐβιάζετο ὑπὸ τῶν δημίων κρατούντων τὴν αὐτῆς χεῖρα, λιβανωτὸν προσενεγκεῖν τοῖς Θεοῖς. Ἡ δὲ ἐβόα· οὐκ ἔστι τοῦτο ἑκούσιος θυσία. ἐγὼ γὰρ τῷ Χριστῷ μου θύω. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἐκρεμάσθη ἐπὶ ξύλου· καὶ ξεομένη παρέδωκε τὸ πνεῦμα.

Καὶ Μνήμη τοῦ ὁσίου Ἱλαρίωνος τοῦ Δαλμάτου.

EODEM MENSE

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

6. Die Sexta.

ς′.

Memoria Sancti Patris nostri Sisois magni.

S. Sisoës Monachus

Beatus Sisoës cùm ab infantia Deum dilexisset, sublata humeris cruce illum secutus est: atque invisibilium hostium conflictu superato, lætus ad monasticæ exercitationis laboriosa certamina secessit. Summam autem animi demissionem adeptus, miraculorum gratiam accepit. Nam & mortuos suscitavit, & dæmones ab hominibus expulit, & ægros sanavit, & plura alia miracula fecit. Erat etiam in familiaribus congressibus mente perspicax, & animo moderatus, lepidusque in responsis, ex quibus multa sunt ad aliorum utilitatem conscripta. Non paucos verò ex lapsis fratribus per apta exempla correctos, ad pœnitentiam convertit. Habuit etiam hoc proprium, ut nullum unquam condemnaret. Hunc

Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σισόου τοῦ Μεγάλου.

Ὁ Μακάριος Σισόης, ἐκ βρέφους τὸν Θεὸν ἀγαπήσας, καὶ τὸν τούτου σταυρὸν ἐπ᾽ ὤμων ἄρας, ἠκολούθησεν αὐτῷ. Καὶ τὰς παρατάξεις τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν τροπωσάμενος, χαίρων ἐχώρησε πρὸς τὰ ἐπίπονα τῆς ἀσκήσεως σκάμματα. Ταπεινοφροσύνης δὲ εἰς ἄκρον γενόμενος, ἐδέξατο χαρίσματα θαυματουργίας. Καὶ γὰρ καὶ νεκροὺς ἀνέστησε, καὶ δαίμονας ἐξ ἀνθρώπων ἀπήλασε, καὶ νοσοῦντας ἐθεράπευσε, καὶ ἄλλα πολλὰ θαύματα ἐποίησεν. Ἦν δὲ καὶ τὴν ἐντυχίαν προσηνής, καὶ μετριόφρων, καὶ ἡδὺς ἐν τοῖς ἀποφθέγμασιν, ἐξ ὧν πολλὰ συνεγράφησαν εἰς τὴν τῶν λοιπῶν ὠφέ-

ὠφέλειαν. Οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ τῶν πλανώντων ἀδελφῶν διὰ παραδειγμάτων ἐπιτηδείων, πρὸς μετάνοιαν ἐπιστρέφων διώρθου. Εἶχε δὲ καὶ τοῦτο, τὸ μηδέποτε κατακρίνειν ἄνθρωπον. Οὕτω δὲ βιώσας ἀγγελικῶς, πρὸς Θεόν, ὃν ἐπόθησε, χαίρων ἐξεδήμησεν, ἀπολαβὼν τὴν ἡτοιμασμένην αὐτῷ αἰώνιον βασιλείαν.

Hunc in modum Angelicam vitam ducens, ad Deum, quem optaverat, migravit, paratum sibi æternum regnum accipiens.

Καὶ Ἄθλησις τῆς ἁγίας Μάρτυρος Λουκίας, καὶ τῶν σὺν αὐτῇ.

Ἡ Τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Λουκία ἡ παρθένος, ἑτέρα ἐστὶ παρὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ Λουκίαν τὴν παρθένον. Ἦν γὰρ αὕτη ἐκ τῆς χώρας Καμπανίας. Καὶ κρατηθεῖσα παρὰ τοῦ τῆς τοιαύτης χώρας Ἄρχοντος, ἐτιμωρήθη. Καὶ θαυματουργήσασα ἔπεισεν αὐτὸν πιστεῦσαι Χριστῷ· καὶ οὐ μόνον ἀπελύθη παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ οἶκον καὶ δούλας λαβοῦσα ἡσύχαζεν, εὐχομένη τῷ Θεῷ ὑπὲρ αὐτοῦ. Μετὰ δὲ παρέλθωσιν ἐτῶν εἴκοσι, ἀμφότεροι ἐπιθυμήσαντες τοῦ μαρτυρῆσαι ὑπὲρ Χριστοῦ, κατέλιπον ἅπαντα. Καὶ ἀναλαβόμενοι τοὺς οἰκείους ὑπηρέτας, ἀπῆλθον πρὸς τὸν Ἡγεμόνα τῆς χώρας, καὶ παρέδωκαν ἑκουσίως ἑαυτούς. Καὶ ἐρωτηθέντες καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσαντες, ἐτιμωρήθησαν διαφόρως. Ὡς δὲ ἐπιπολὺ ἐνέμενον τῇ τοῦ Χριστοῦ πίστει, τὴν διὰ ξίφους ἀπόφασιν δεξάμενοι ἀπεκεφαλίσθησαν ἅμα τῇ λοιπῇ συνοδίᾳ αὐτῶν καὶ οὕτω τελειωθέντες, ἐστεφανώθησαν ἐν Χριστῷ.

Et certamen Sanctæ Martyris Luciæ, & sociorum.

Christi martyr Lucia virgo, alia à Lucia virgine Sicula, fuit ex regione Campaniæ. Comprehensa autem ab hujus regionis præfecto, suppliciis afficitur. Cùm verò miracula patrasset, eum ad Christi fidem convertit. Quamobrem non solùm ab ipso absoluta fuit, sed etiam domum servasque accipiens, in quiete degit, pro ipso Deum orans. Exactis autem viginti annis, cùm ambo martyrium pro Christo subire cuperent, rebus omnibus derelictis, domesticos famulos assumentes, ad præfectum regionis accesserunt, seipsos sponte tradentes. Cùmque interrogati, Christum profiterentur, diversis tormentis excruciati sunt. In Christi autem fide diutius permanentes, sententiam capitis acceperunt. Decollati itaque unà cum reliquis sociis, vitam hunc in modum finierunt, coronam in Christo adepti. S. Lucia. & socii MM.

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ἀστείου Ἐπισκόπου Δυρραχίου.

Ἀστεῖος ὁ Ἱερομάρτυς, ἦν μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ· κρατηθεὶς δὲ παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρεδόθη Ἀγρικολάῳ Ἡγεμόνι· καὶ προτραπεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν, καὶ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθείς, παρεπέμφθη φυλακῇ. Πρὸ τοῦ κρατηθῆναι δέ, ἐθεάσατο τοιοῦτον ὄναρ· Ἑαυτὸν ἔβλεπεν ἐπὶ πέτρας ἑστῶτα κεχρισμένον πίσσῃ καὶ ἐλαίῳ. Καὶ ἔξυπνος γενόμενος εἶπε τοῖς ἑαυτοῦ Κληρικοῖς· Ἀδελφοί, δεῖ με παθεῖν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ· λοιπὸν ὑμεῖς ἀπέλθετε ἕκαστος ὑμῶν, ὅπου δύναται διασωθῆναι. Ταῦτα εἰπών, ἐκρατήθη ὡς

εἴρη-

Et certamen sacrosancti Martyris Astii Episcopi Dyrrachii.

Astius sacromartyr imperante Trajano ab idololatris captus, Agricolao præsidi traditus fuit: cùmque urgeretur Christum abnegare & idolis immolare, nec id facere annueret, in carcerem detrusus est. Antequam verò comprehenderetur, hujusmodi somnium vidit. Seipsum videbat super petram pice oleoque delibutam stare. E somno itaque excitatus, dixit Clericis suis: Fratres, oportet me pro Christo pati. Ceterùm unusquisque vestrum cum locum petat, ubi saluti suæ consulere possit. His dictis captus, ut suprà narratum est, & coram Agricolao adductus, cùm Christum confessus fuisset, in carcerem conjectus, indeque eductus, plumbatis cæsus fuit. Mox S. Astius Episc. Dyrrachii.

melle

melle perunctus, in equuleum fervente æstu suspensus est, ut vesparum muscarumque morsibus interiret. Quod & contigit: id enim supplicium cum gratiarum actione ferens, spiritum Christo tradidit.

εἴρηται. Καὶ παραστὰς τῷ Ἀγρικολάῳ, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Καὶ τῆς φυλακῆς ἐκβληθεὶς, ἐτύφθη σφαίραις μολυβδίναις. Εἶτα ἀλειφθεὶς μέλιτι, ἐκρεμάσθη ἐπὶ ξύλου ἐν ὥρᾳ καύματος· ὅπως ὑπὸ σφηκῶν καὶ μυιῶν καταβρωθεὶς ἀποθάνῃ. Καὶ τούτου γενομένου, εὐχαρίστως φέρων τὴν τιμωρίαν, παρέδωκε τὴν ψυχήν.

Et commemoratio Sancti Martyris Phocæ, & ejus, quod accidit, miraculi.

S. Phocas Martyr.

NArravit Leo cognomento Pontianus. Sisinius ille, qui Stibarus dictus est, in regia navigans classe, à Saracenis captus, & gemina vinctus catena, in carcerem detruditur. Hac ergo necessitate constrictus, ad Deum ejusque sanctum martyrem Phocam confugit. Sancte, ajebat, martyr Phoca, miserere mei, & ab his vinculis solve me. Somno deinde correptus, sanctum habitu Presbyteri indutum sibi præsentem vidit, audiitque dicentem: Surge, & recede. Mox expergefactus, catenas reperit contritas, seque solutum, & carcerem patefactum. Quare fugam arripiens, sese domum contulit: acceptique beneficii memor, cum multa gratiarum actione memoriam Sancti semper peragere, Deumque glorificare perrexit, qui sanctis suis talia charismata impertitur.

Καὶ Μνήμη τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Φωκᾶ, καὶ Ἀνάμνησις τοῦ γεγονότος Θαύματος.

ἘΞηγήσατο Λέων ὁ ἐπονομαζόμενος Ποντιανὸς, ὅτι Σισίνιος ἐκεῖνος ὁ ἐπίκλην ὁ Στίβαρος, πλέων ἐν τῷ βασιλικῷ στόλῳ, ἐκρατήθη παρὰ τῶν Σαρακηνῶν· καὶ δεθεὶς ἁλύσεσι δυσὶν, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Εἰς τοιαύτην δὲ ἀνάγκην περιχεθεὶς, ἐπεκαλεῖτο τὸν Θεὸν, καὶ τὸν αὐτοῦ Ἱερομάρτυρα Φωκᾶν· Ἅγιε Ἱερομάρτυς Φωκᾶ, λέγων, ἐλέησόν με, καὶ λύτρωσαί με τῆς κατεχούσης με ἀνάγκης τῶν δεσμῶν. Ὑπνώσας οὖν εἶδε τὸν ἅγιον ἐπιστάντα αὐτῷ ἐν σχήματι πρεσβυτέρου, καὶ εἰπόντα αὐτῷ· Ἐγέρθητι καὶ ἀναχώρησον. Καὶ ἔξυπνος γενόμενος, εὗρε τὰς ἁλύσεις συντετριμμένας, καὶ ἑαυτὸν λελυμένον, καὶ τὴν φυλακὴν ἀνεῳγμένην. Καὶ φυγὼν διεσώθη ἕως τοῦ οἴκου αὐτοῦ· καὶ ἦν ἐπιτελῶν ἀεὶ τὴν μνήμην αὐτοῦ μετ᾽ εὐχαριστείας πολλῆς· καὶ τὸν Θεὸν δοξάζων, τὸν τοιαῦτα χαρίσματα παρέχοντα τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ.

Et certamen Sancti Isauri Martyris, & sociorum.

S. Isaurus, & socii MM.

ISaurus mysteriorum Christi Diaconus, & socii, patria Athenienses, Numeriano Imperatore, Athenis in urbem Apolloniadem commigrarunt. Illic ab Angelo Dei moniti, specum intrarunt, ubi Felix, & Peregrinus, & Hermias, Christiani etiam ipsi, habitabant: qui sanctum Isaurum intuentes, tanta lætitia affecti sunt, ut distributis in pauperes facultatibus, ipsum sequi, & sub ejusdem disciplina vivere decreverint. Ea re comperta eorum propinqui, cùm illos à proposito dimovere, atque ad propria revocare frustra tentassent, apud præsidem accusarunt: qui eos comprehensos decollari jussit. Isaurus verò Christi Diaconus, & ejus socii catenis constricti, ad filium præsidis ad quæstionem missi sunt: à quo in flammas conjecti, cùm inde illæsi evasissent, multos ad

Chri-

Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἰσαύρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

Ἴσαυρος ὁ τῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ Διάκονος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἐγένοντο μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηνῶν· ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας Νουμεριανοῦ, ἐκ τῆς ἰδίας πατρίδος ἀναχωρήσαντες, ἀπῆλθον ἐν Ἀπολλωνιάδι τῇ πόλει· καὶ δι᾽ ἀποκαλύψεως Ἀγγέλου Θεοῦ εἰσῆλθον ἐν σπηλαίῳ, ἐν ᾧ κατῴκουν Φίλιξ, καὶ Περεγρῖνος, καὶ Ἑρμείας, Χριστιανοὶ ὄντες καὶ αὐτοί. Οἵτινες ἰδόντες τὸν ἅγιον Ἴσαυρον, οὕτως ἐχάρησαν, ὡς καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς δοῦναι πτωχοῖς, καὶ ἀκολουθεῖν αὐτῷ, καὶ διδάσκεσθαι ὑπ᾽ αὐτοῦ. Οἱ δὲ συγγενεῖς αὐτῶν πειραθέντες μεταγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὰ ἴδια, καὶ μὴ δυνηθέντες, διέβαλον τῷ τῆς πόλεως Ἄρχοντι

χοντι

χοντι. Ὁ δὲ κρατήσας αὐτοὺς, ἀπεκεφάλισεν. Ἴσαυρος δὲ ὁ τοῦ Χριστοῦ Διάκονος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἀπεστάλησαν δέσμιοι πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τῷ τιμωρηθῆναι. Καὶ βληθέντες ἐν πυρὶ, καὶ ἀβλαβεῖς ἐξελθόντες, ἔπεισαν πολλοὺς πιστεῦσαι Χριστῷ. Καὶ διὰ τοῦτο παροργίσαντες τὸν Ἄρχοντα, ἀπεκεφαλίσθησαν.

Christi fidem adduxere. Ea re commotus præses, illos capite plecti jubet.

ΜΗΝΙ ΤΩ͂ ΑΥ̓ΤΩ͂

Ζ'.

